












Complet

ETRI ANDREAE
CANONHERII.
*hilosophiæ, Medicinæ, & Sacræ
Theologiæ Doctoris.*

DE
IOSA DOCTRINA,
Libri Quinque.

M

Antonij Vallisnerij P.L.P.P.

PETRI ANDREAE CANONHERII.

Philosophiæ, Medicinæ, & Sacræ Theologiæ Doctoris.

DE CVRIOSA DOCTRINA, Libri Quinque.

AD

ILLVSTRISSIMVM IO: BAPTISTAM VICTORIVM, P. V. P. M.

Ex Sorore Nepotem.



FLORENTIAE,

Apud Volcmarium Timan Germanum, 1607.

Patrum non sine permissu.

ILLVSTRISSIMO

IOANNI BAPTISTAE VICTORIO

P. Q. P. M.

EX SORORE NEPOTI

PETRVS ANDREAS CANONHERIVS

IN SIGNVM OBSERVANTIAE DICAT.

ILLVSTRISSIMO

IOANNI BAPTISTAE

VICTORIO

P. Q. P. M.

EX SORORE NEPOTI

PETRVS ANDREAS

CANONHERIVS

IN SIGNVM

OBSERVANTIAE

DICAT.

DE CVRIOSA DOCTRINA LIBER PRIMVS,

Qui Libri sint Legendi.

Cap. Primum.



IBRI ab Ecclesia damnati omninò fugiendi, etiam qui nullam afferunt vtilitatem, vt Splandianus, Palmerinus, & id genus, omnes infami lectione notati. Sunt enim studij infœlicis, documẽtorum steriles, fabulis temerarijs, ac nugis insulsis referti, verè asserimus eos esse vitiorum seminarium: nam & vehementèr animum mouent, mysterium quorundam verborum multę mulieres desiderant, & postquàm sciuerint, desiderio flagrant experiendi. Delectatio non cecidit, non, præterijt, vulnerauerũt & non transierunt, infœlices non nullos, & præsertim mulieres reddiderunt, & reliquerunt; grauissimum in se desiderium accendunt, deinde multas contrahunt sordes, quoniam animos effeminant, tanquam instrumenta nequitię, & nutrimentum luxurię. Multa pestifera cogitatione, nõnulla etiam opere perpetrantur, nam ex quo, delectabilis imaginatio semel mentem alicuius occupauerit, vix eum bona cogitare permittit. Veruntamẽn in

peius.

peius crimen incidunt ij, qui in Aretini, Nicolai Franchi, & similiũ libros magno cum animi feruore incumbunt. Profectò dedecus, & ignomina eos comitatur. De istis enim libris impiæ libidinis scintillę dissiliunt, de sceleribus animus nutritur, vt aspides morbos animi sibillant, concupiscentiæ pestilentiã fundunt, & nihil est, quod magis ex arte deijciat virilem, muliebremque animum, quàm luxuriosæ Aretini lucubrationes, consultò compositæ, vt animos fœdissimè conspurcent, ac contaminent; quoniam homines ijs lectionibus dediti, paulatim pudore superato, in effrenatã libidinem, & omnium scelerum licentiam facillimè erumpunt; non enim tunc cognoscebant, illud delectabile nutrimentum, illud domesticum periculum, illam desiderabilem calamitatem, illam artificiosam tentationem, & mali naturam delectabilis boni colore depictam: Mens delectatur illicitis, eaque decernens esse facienda, volens libenter ea, quæ statim, vt attigerunt animum, respui difficillimè possunt: & si ea exequi non queat, blanda tamen cogitatione pascitur: suauiterque in recordatione teneatur, & ita mentem capit, vt nequaquàm ad rectitudinem surgere possit: Nam ista lectio parit cogitationem, cogitatio delectationem, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem, sicque in his vinculis homo implicatus, quadam vitio-

rum catena tenetur astrictus. Illi etiam haud immeritò reprehendendi sunt, qui Gentilium Poetarũ figmentis deliniti, ne respicere quidẽ ad alios libros volũt. Delegerunt sibi magistros, vt Apostolus ait: Prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auuerterunt, ad fabulas antem conuersi sunt, & tamen eò impudẽtiæ processere, vt se doctos putent, cum mendacia didicerint. Sed esto, eruditorum famam consecuti sint, apud omnes magnę æstimationis habeantur, ab omnibus vbique prędicentur. Nunquid vita defunctis, cum ad inferos descenderint, inter tormenta, horribilesque cruciatus vacabit post se relictę laudis nuncios audire, & non magis magisque affligi earum rerum recordatione, quibus factum est, vt ad tam miserandæ sortis perpetuam infœlicitatem deuoluerentur. Vellent, herclè animarum suarum saluti, non inani gloriæ cõparandæ operam impendisse, cum iam pro cãtu, fletus, & pro cythara dentium stridor, cũ iam pro iocis, & lusibus, & risu prement tenebræ, torrebit ignis, rodet vermis, nunquam conquiescent dira atquè horrenda supplicia. hic fructus, hæc merces operis, eorum erit, qui Poesim alijs libris præponunt, vt inquit Marulus. Non omnes quidem fugit, etiam versibus aliquos lusisse, sed quę ad Christianũ dogma pertinent, non quę sapiant gentilitatẽ. Procul est ab ore eorum Saturnus, Iuppiter, & Mars, cæteraque non Numina, sed portenta,

quæ Christianæ religionis assertores, vt adora rent, nullis minis, nullo vnquam supplicio cõ pelli potuerunt. Nobis si quos aliquando, vel Poeticæ fabulositatis, uel mundanæ sapientiæ libros euoluere cupido incesserit, enitendum erit, vt inutili delectatione pęnitùs seclusa, id solum exquiratur, quòd piæ institutionis disci plinam iuuare possit. Omnibus sit exemplo D. Hieronymus, qui cum se tenere non posset, quin Gentilium libros, præcipuèque Ciceronis auidiùs legeret, fatetur in quiete sibi visum fuisse, se ad superni Iudicis tribunal in Cœlum trahi, accusari, verberibus affici, quod Ciceronianum dicerent esse. Ergo qui similes libros legunt, nostrosque omnino deserunt, si, non hic, post mortem saltem de hoc Deo rationẽ reddent. Quæ pars enim fideli, cum in infideli, quæ communicatio lucis ad tenebras, quis consensus Christo, cum Belial, quid facit cum Psalterio Horatius, cum Euãgeliis Maro, cum Apostolo Cicero? Demum vt D. Hieronymus ait, non debemus bibere simul calicem Christi, & calicem Dœmoniorum. Eadem sentire, si quem non moueat, admonentis authoritas, moueant saltem patientis flagella, quæ ille experrectus, cum & vibices in corpore apparerent, & discedente somno, dolor nõ discederet, intellexit non soporis fuisse, sed pu nitionis. Legendi igitur libri sunt, rectè, honestèque compositi. hi enim adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res or-
nant.

nant, aduersis perfugium, ac solatium prę-bent; delectant domi, pernoctãt nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Si uis, ipsi loquuntur, si non vis tacent, si tragica cupias, habes, si delectabilia, iocunda, vtilia, iocosa, necessaria, ante te sunt. Si vis cum Oratoribus, Poetis, Historicis, Mathematicis, Grammaticis Philosophis, Medicis, Iurisperitis, ac Theologis sermonem habere, suauissimum, & omnium iucundissimum tenes: si temporum cursus, rerum vicissitudinem, virtutes, ac vitia hominum, Gentium, Populorum cupias scire, nullo negotio cognoscis. Libri te sapientem, iustum, prudentem creant. Multi cum in potestate essent hostium, ac Tyrannorum, multi cum in custodia, multi in exilio, dolorem suum libris leuarunt. Tandem tibi virtutem infundunt, qua nihil melius, nihil præstantius, nihil excellentius inueniri potest, cui quidem, quæ homines, arant, nauigant, ędificant, omnia parent, aduersùs quam possunt calamitates, & damna, & iniurię, quod aduersus Solem nebula potest.

Quæ Doctrina sit Antiquior.
Cap. Secundum.

CVM doctrina Theologiæ in asserenda fide versetur, facilè intelligitur, eam esse longè antiquiorem, omnibus alijs scientijs,

quarum

quarum memoria ulla extet. Neque enim putare possumus, defuisse aliquando in populo Dei, qui fidei doctrinam aut sine scripto, aut in scripturis diuinis traditam explicarent, ac defenderent, quantum opus esset, vt inquit valentia. Doctrina autem fidei, quæ sine scripto saltem tradita sit, antiquior est omni doctrina humana, ut facilè ostendit Agustinus lib. 18. de Ciuit. Dei c. 37. Atque etiam ipsa scriptura diuina omnibus alijs scriptis vel Philosophorũ, vel Poetarum est antiquior, vt affirmat Iosephus lib. 1. contra Appionem, Fustinus in oratione paræticica ad Gentes, et in Apologia. 2. ad Antonin. Tertullianus in, Apologet. c. 19. Clemens Alexand. lib. 1. Strom. Lactãtius, lib. 4. instit. cap. 5. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 37. et seq. Nam Moyses, qui primus doctrinam sacram litteris consignasse perhibetur, eodẽ tempore vixit, quo Cecrops primus Atheniensium Rex, ut demonstrat Eusebius Cęsariẽsis præfatione in suum Chronicon. Cecrops autem bellum Troianum annis circiter. 400. antecessit, post quod floruit Homerus, cuius poemate affirmauit quidem Iosephus lib. 1. contra Appionem nullam apud Græcos inueniri vetustiorem conscriptionem. Atque etiam annis circiter 200. antiquior fuit hic Cecrops, & proinde Moyses quoque vetustissimis illis gentilium Theologis, Lino, Zeto, Amphione, Musæo, Orphæo,

qui longe antecesserunt Homerum, & Hesiodum, atque adeo etiam Philosophos omnes Græcos, quorum memoria extat, vt Solonem, Thaletem Milesium, qui fueruut è septem Sapientibus, itemque Pythagoram, ac Socratem Platonis Doctorem; & reliquos, sicut loco citato confirmat Eusebius. Nec solum Græcis Philosophis, sed etiã Mercurio Trismegisto, qui apud Aegyptios primus Philosophus memoratur, antiquior fuit Moyses, vt probat D. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei capit. 39. Tametsi, vt idem Augustinus eodem lib. cap. 37. ait: Fatendum est in Aegypto iam fuisse ante Moysen nonnullam doctrinam, quæ Aegyptiorum sapientia diceretur; alioquin non esset scriptum in literis sacrìs, Moysen fuisse eruditum omni scientia Aegyptiorũ tunc vtique cum ibi natus est, & à filia Pharaonis liberaliter educatus. Sed tamen fuit Moyses antiquior primo quidem Philosopho Aegyptio, cuius nomen sit proditum, nẽpe Mercurio Trismegisto. Constat etiam ex Chronico Eusebij, & aliorum, plerosque ex Prophetis sacris antiquiores fuisse Thalete Milesio, & alijs Philosophis hoc posterioribus, vt Abdiam, Micheam, Zachariam, Oseam, Amos, Isaiam, Ionam; itemque Ieremiam, Sophoniã Danielem, & Ezechielem, & Aggeum fuisse antiquiores Socrate, & Platone, & reliquis. Quod cum ita sit, credibile est, ex libris sacris Prophetarum, vetustisimos scriptores

pro-

prophanos non pauca ſumpſiſſe,vt notat Iuſtinus,vbi ſupra ,& Clemens Alexandrinus lib. quinto ſtromat. non longe ab initio,& Tertullianus in Apolog. cap. vltimo, & Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 4. & alij.

An magis numeroſus ſit ſexus hominum quam Mulierum. Cap. Tertium.

CVM ab homine hominum natiuitas incæperit,homo etiam vltimam generationem terminabit. Certum eſt Romæ plus hominum, quàm mulierum reperiri, certum etiam eſt, in quibuſdam locis mulieres, vt Amazones,homines multitudine ſuperaſſe,vt etiam ijs in locis, quæ in bellis quotidie viuũt;dubium etiam non eſt, in quibuſdam locis homines,in quibuſdã alijs mulieres, vt Syracuſæ ſuperiores eſſe. Veruntamen in vniuerſum aſſerere multitudinem maiorem mulierũ, vel hominum difficillium eſt.Pro vtraque parte hęc poſſunt fieri argumenta. Pro hominibus poteſt dici,quòd res,quæ ſunt in vniuerſo perfectiores,debent excedere imperfectiores eo modo,quo poſſunt; nimirum ſiue magnitudine, ſiue multitudine. Ergo homines cum ſint perfectiores,mulieribus,excedere eas debent multitudine,quandoquidem nõ poſſunt magnitudine. Illud antecedens probatur;Nã

sensu videmus, corpora cœlestia, quia sunt perfectiora, multùm excedere alia omnia corpora corruptibilia. Sed hoc confutari potest; nã pari modo probaretur, personas diuinas debere esse plures numero, siquidem sũt ipsæ longe perfectiores; nisi quis diceret, sermonem esse de rebus à Deo liberè productis. Sed sequeretur etiam, debere esse plures Soles, nisi quis responderet, rationem procedere, saluo quidem ordine vniuersi; si enim essent plures Soles, vel sol maior, quam est, non consisteret, rectus hic ordo vniuersi. Dici etiam posset, quod cũ natura semper melius, & perfectius producere intendat; cum homines verò mulieribus sint perfectiores, illa sæpe homines, raro mulieres generare solet. Sed ad hoc respondetur, ipsam naturam propter varia impedimenta suo fine frustrari. Pro mulieribus autem posset dici, quod potuis res perfectiores, sint pauciores, vt gemmæ sunt pauciores, quàm alij lapides; nisi quis diceret, sermonem esse de præcipuis partibus vniuersi, vt quæ per se primo pertinent ad illius perfectionem, nõ autem de alijs quæ secundario ad id pertinent. Probatur adhuc: Nam cum humidum radicale, & calor cõtinuò debilitetur, & consequenter patres, & matres successiuè semper procreent filios, cũ peiori, & peiori humido radicali; Consequens est, propter debilitatem caloris, & humidi, multo plures fęminas procreari. Sed hæc ratio solummodo conuincit, tam mares, quam

fęminas, debiliores nasci, cum semper proportionali decrescant, sicut decrescit humidũ radicale, quod nunquàm ęque restauratur. Cæterum si quis ęqualem numerum assereret, iudicio meo non erraret. nam tam viri, quã mulieres eandem sterilitatem experiuntur, eadem facultate sunt præditi, pari luxu diffluũt, & coitus non minus virilia, corpora, quam muliebria eneruat. Nec dicas, corpora mulierum languida, & delicata debiliora reddi; nam cum homines abundantius semen emittant, mulierum debilitatem attingunt.

Cur Rarum sit preciosum. Cap. Quartum.

AEstimatio rei, neque à rei natura, neque à facultate, vel vi, neque à beneuolentia, neque ab inclinatione exoritur, sed à rei frequentia, vel raritate. Rara, quoniam rarò conspiciuntur, in precio habentur; frequentia verò, quamùis vtilia, necessaria, & optima sint tamen quia quotidie videntur, vilescunt. Idcirco dicit D. Hieronymus, quod rarum carum, vilescit quotidianum; omne enim quod rarum est, plus appetitur, pulegium apud Indos, pipere est preciosius, iccircó dicebat Martialis lib. 1. Epigram.

Rara iuuant primis, sic maior gratia pomis,
Hybernæ precium sic meruere rosæ.

Facit namquè fastidium copia, vt inquit Liuius, & frigidius amamus semper ea, quibus, vbi, libeat, potiri fas sit. Hæc probant verba illa Ciceronis ad Herennium, vsitatæ res facile è memoria elabuntur, insignes, & nouæ, manēt diutius. Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, propterea quòd quotidie fiunt, at Ecclypses Solis mirantur, quia raro accidunt. & Solis Ecclypses magis, quam Lunæ, quoniam crebriores fiunt. Patet igitur rerum excellentiam non aliunde, quam ex raritate oriri.

De Furore Poetico.

Cap. Quintū.

POeticus furor, vt genus quatuor species sub se continet, scilicet amorem, Poesim, vaticinium, & mysterium. Amor à Venere, Poesis à Musis, vaticinium ab Apolline, Mysterium à Dionisio emanat. Homerus, Pindarus, Callimachus, Virgilius, Ouidius, ab Venereo, & Poetico furore, Sibillæ vero, & Epimenides à Vaticinio rapti fuere. A Mysteriis

nullus

nullus, nisi qui diuini sunt habiti, vt apud Gētiles Orpheus, & apud nos Dauid, Ariostus, & Torquatus Tassus Amorem atque Poesim solummodo obtinuerunt. Horatius, & nonulli alij lyrici, plurimum amore, parum Poesi fuerunt imbuti, nam & quo spiritu fuerunt afflati, cecinerunt. Non omnes, qui carmina pandunt, furore sunt perciti: nam & paucissimi, in tot sæculis veri Poetæ nomen sibi compararunt; & hoc probatur, ex Aristotile dicēte: Poeta vel est vir facilis ingenij, vel furore percitus. Ex quibus patet non omnes in furore fuisse, vel esse. Verum neque ex hoc generalis regula excipi potest. Quoniam & Ouidius facillimè carmina componebat, & furor eum rapiebat: multi è contrà nullo negocio metra cōscribunt, qui furorem omnino ignorant. Petrarca, & Dantes, & nonnulli alij primi, & secundi furoris pleni ab omnibus cognoscuntur. At tu verò alios commemora, quos furore isti penetrauerint, eorum scripta etiam si elegantissima, & subtilibus conceptibus abundantissima legātur attamen nihil furore dignum inueneris. Non mysteria intelliges, vt de multorum satis manifestum est qui quamuis multa per luxuriam locuti esse videantur, tamen doctos non fallent; nam vt ait Plutarchus: Quemadmodum in vitæ luxuriantibus folijs, ac palmitibus, sæpe fructus occultantur ita in poematibus figuris, ac fabulis luxuriantibus multa cognitu vtilia fal-

sunt adolescentes; sed de Poetarum mysteriis alibi & quæ diximus, confirmemus; quis dixerit Bernian facetorum, & argutorum facile principem à furore percitum fuisse. Ad quam enim speciem eius carmina, nisi indirectè improprieque reduxeris? Ex quo quidem facile cognoscitur multos errare, qui in furore aliquose esse natos, sibi temerè persuaserint. Abeant, qui inhonesta scribunt, neque in re inficiant animum, nam qui fæliciore sunt ingenio citius à Poetis corrumpuntur, & ideo satius esset Musas Poetarum steriles esse, quam eos ea canere, quæ Musis omnino aduersentur. Et quoniam furore pleni fuerunt ii, qui ex immortalitate Deos genitos, eosque atrociora facinora perpetrasse, tamen pertulisse asserunt, quam hominnm nefariorum filios, talesque fabulas de ijs commenti sunt, quales nemo cōtra suos inimicos dicere audeat, etiam si esset Homerus, profectò tūc in furore non erat. Ideo Poetę solummodo sunt ij, qui ad scribendum maxima quadam violentia commouentur, & quadam mentis alienatione impediuntur, & quando eorum carmina cantantur, & Cantorem ipsum & audientes quodāmodo concitant in furorem. Has enim conditiones vult Poeta, vt ait Plato. Quod idem confirmat Cicero lib: secundo de Orat. Sępe ipse audiui, Poetam bonum nullum, id quod a Democrito, & Platone in scriptis relictum esse dicunt, sine inflāmatione animorum exi-

ſtere poſſe, & ſine quodam afflatu, quaſi furoris. Idem dicit lib. primo Tuſcalan. quęſt. Mihi vero ne hæc quidem notiora, & illuſtriora carere, vt diuina videntur, vt ego aut Poetam graue plenumque carmen ſine coeleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere, aut eloquentiam ſine maiori quadam vi fluere abundantem ſonantibus verbis, vberibuſque ſententijs Quomodo ergo nomen Poete ſibi vendicant, qui Latinum Philoſphiam, cæteraſque ſcientias ignorant, cum vt ait Strabo, ſapientiſsimj, qui de Poeticis quicquam elocuti sũt, primam quandam Philoſophiam Poeticam eſſe aſſerunt, & inferius. Antiqui vero Poeticam primam Philoſophiam quandam eſſe perhibent, quæ ab ineunte nos ætate ad viuendi rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones edoceat, quæ res generoſas cum iucunditate præcipiat. Quamobrem ſi Poetæ nomen ſibi atribuere velit, neceſſe eſt, ſuperius furore eſſe percitum, idque a natura obtinere. Nam ait Cicero in Orat. pro Archia Poeta: Atqui ſic à ſummis, eruditiſsimiſque hominibus accepimus, cęterarum rerum ſtudia, & doctrina & præceptis, & arte conſtare, Poetam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu inflammari. Hos Ennius ſanctos appellat, quod quaſi aliquo Dei dono, atque munere commendati nobis eſſe videantur. Proinde minus mirum, ſi non aliũ eſſe Poetam, quàm virum bonum, ſtatuunt

pruden-

prudentiores. Hos Plato in lib. 2. de repub. Deorũ filios vocat, in Lyside adeo hos admiratur, vt sapientiæ patres nuncupet, ac duces, & in Ione Deorũ interpretes appellat, dũ afflãtur furore. Porro in Phædro scribit non hominum esse inuenta, præclara Poemata, sed cœlestia munera. Argumento illud esse, quod nemo etiamsi orbem illum doctrinarum obierit accuratissime, excellens euaserit Poeta, ni cœlestis ille vigor, & concitatio accesserit feruentior, vt vera fiat illa assertio, ex Fast. 6.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Ex his omnibus patet, quinam sint veri Poetæ, & qui falsi. nam falsorum cantus, & quorundam recentiorum nouis nummis sunt deteriores. Quid enim aliud audimus illos passim, non dico canentes, sed cum omnium nausea vlulantes, quam vt re mi fa sol la? At non sic boni. Ideo si homines Poetas legere voluerint, à veteribus, & à nonnullis etiam recentioribus non recedam. Sapientissimi certe sũt existimandi, qui scriptoribus antiquis vtuntur, non ijs, quos præposterè veteres vocant, quos vappæ verius, & feci quam vino cõparaueris. Cæterũ clarissimi Poetæ in magno precio sunt habendi, vt canit Faustus Andrelinus:

Nomina doctiloqui non sunt spernẽda Poetæ,
Nomina non viles interhabenda viros.
Rebus in humanis nihil est preciosius illo,
Qui sua Gorgoneis ora rigauit aquis.

Cui

Cui tantum natura fauet, cui spiritus ingens,
Cui furor ætherea missus ab arce venit.
Inclyta virtuti tribuit, qui nomina famæ,
Quo semel offeso, quisquis ab hoste cadit.

Et ideo excellentes Poetæ Principibus gratissimi fuere, vt Ennius Scipioni Cherillus Alexandro, Virgilius Augusto, Horatius Mecænati, Tibullus Messalæ, Papinius & Silius Domitiano, Menander Aegyptijs Regibus, Archia Ciceroni, Euripides Archelao Macedonum Regi, Ausonius Gallus Gratiano Cæsari, Cornelius Gallus Octauio, Ariostus Duci Ferrariæ & fratri eius Cardinali, Petrarca Regi Siciliæ, Torquatus Cinthio Aldobrandino, & his temporibus, Villafrancus Bracciani Thomas Stilianus Parmę Ducibus, Marinus Petro Aldobrandino, Chiabrera Petrus Hieronymus Gentilis, & Andreas Rouettus omnibus charissimi extant, vt Guarini nomen super ęthera notum silentio præteream. Notandum hic, quod qui durius carmina cōponunt, meliora scribunt, vt patet de Euripide, qui Alcestidi Tragico Poetæ respondit probabile, apud quem conquereretur quod eo triduo; non vltra tres versus, maximo impenso labore deducere potuisset, atque is secentum perfacile scripsisse gloriaretur; sed hoc inquit interest, quod tui in triduum, tantummodo; mei vero in omne tempus sufficient; alterius enim fæcundi cursus scripta, intra primas memoriæ metas corruerunt, alte-

tius

vius cunctante stylo elucubratum opus per omne qui tempus plenis gloriæ velis feretur. Si quis peteret, cur Poetę pauci boni, Iacobus Mycillius respondet.

Non bene côueniunt trepidæ cũ carmine curę
Non eadem versus cura lucrumque facit.
Pierides Sylnas, ac otia libera quęrunt,
Et tacitas inter flumina sacra vias.
At fora solicitæ curæ populosa frequentant,
Et strepitus vulgi, iudiciumque colunt.
Incaste quod raros ætas habet ista Poetas,
Et nostro nullum carmen ab vrbe venit.

Verum non Poetis solum, sed etiam alijs accidit, dicere posses, vbi desunt Polliones, & Mecænates non esse Poetas, quod & de alijs dici potest. Sed tu dicas generationem excellentissimorum hominum velle sterilem esse.

De Virtutibus, & Vitijs Nationum Cap. Sexto.

ITali multum inter se differunt, Genuenses sunt albi, statura mediocres ingeniosissimi, & vt ait Ioannes Aubanus, non solum sũt acuti in bello, sed etiam in communi vita. Sabellicus ait hæc Gens adhuc ferox est, quippe quæ Romana exercuit arma. Vbertus Folieta post Romanorum, & Carthaginensium pugnam; Nulla gens in bello clarior fuit. Boterus dicit, eos esse acutos, domi parcos, apud

exteros magnificentissimos, ratiocinationéq; maxime tenere, omnium Italorum acutissimos, in negocijs vtilissimos. Virgilius vanos, Ouidius indomitos, Titus Liuius fures verius, quam milites. Iouius auaros, atq; crudeles. Cicero duros, ac agrestes. Veneti crudelissimos hostes olim appellauerunt. Nauigationũ sũt callidissimi, ad amicitias Regum, ac Principum conciliandas maxime apti. Nam & diuitiæ, quibus maxime abundãt, nobilitas, & liberę Ciuitatis, & ditissimi status, vt ait Bodinus, Domini, id summopere efflagitant. Varij & instabiles in amicitijs excellentes, in rebus gerendis idonei, parum stabiles.

Florentini sunt acutissimi, in argutijs, ac facetijs singulares, Poetæ excellentes, religioni maxime dediti, Oratores præclari, inanis gloriæ capaces.

Neapolitani acuti, loquaces, astuti, simulatores, iactatores, sicophantæ, amatores, superbi.

Mediolanenses & Mantuani iactatores, liberales, acuti, vini amatores, ac gulæ vitio maximè dediti, luxuriosi, vestibusquè maxime ornati.

Veneti virtute, & consilio, & prudentia: sunt enim prudentissimi & vigilantissimi in rebus gerendis acuti, graues in sermonibus, audaces in minis, inanis gloriæ capaces, in rerum executionibus tardi, præclarissimis moribus ornati,

nati, senes venerandi, iustitiæ cultores, omniũ rerum obseruatores.

Galli Italis inimici, partis, ac litium amici, ambitiosi, semper sua non aliorum volunta te negocia exequuntur. Nobiles sunt, liberales, populares vero, auari, suspiciosi, in vestibus quandam barbariem repræsentant, bellicosi, furiosi, gulosi, peregrinorũ amicitias respuunt, iracundi, mulierum amatores, omniũ pulcherrimi, sed fuge illos, quibus barba nigra est.

Hispani religiosi quadam sanctitate, prędi ti plus belli, quam pacis amatores, corpus habent ad omnia toleranda accommodatũ, animo inuicti, parci, secreti, sagaces, prudẽtes, loco, & tempori non temere cedunt, ad omnia nobilia nati, si illis superbiam demas, quã non immerito habent, cum sint orbis terrarũ Domini, nullum vitium in eis inuenies, iusti propugnatores, Philosophiã & Theologiam maxime callent, si humilis ad eos accedis omnia obtinebis, inanis gloriæ capacissimi, & profecto nulla est natio, quæ priscæ magis anti quitatis imaginem, & præsertim Romanæ retineat. Sed fuge quibus barba rubea est.

Germani sunt albi, in bello fortissimi, luxuriosissimi, corpore robustissimi, superbi, liberales, conuiciatores, furiosi, contemptores, superstitiosi.

Græci mendaces, fraudulenti, calumniarum autores, gloriæ amatores, astutissimi, doctissi

mi,

mi,ĩgeniosissimi,perfidiosi perfidi deceptores

Turcæ infideles,sodomitæ,virginum ac mulierum violatores, crudelissimi, teterrimi,nefarij,omnium fœdissimarum libidinum sordibus contaminati, iracundi, inuidi,superbi, sacrilegi, perfidi, Deo, & hominibus infesti.

Angli verè in aspectu Angeli cum peregrinis sunt humani, in bellis terribiles, vulgus ferox, inhumanus, inuidus, inanis gloriæ capacissimus. Cæterum Apuleius eruditos appellat Aegyptios, sicuti, Iudæos superstitiosos. Nabathæos mercatores, Fluxos vestibus Arsacidas, Frugum pauperes Scythas, odorum diuites Arabas, legimus Alexandrinos esse fallaces. Topiscus scribit, Aegyptios esse ventosos, furibundos; iactantes, iniuriosos, auidosq; nouarum rerũ. Titus Liuius,perfidiam Pœnis, Cicero calliditatem, ut numerum Hispanis, robur Gallis, artes Græcis, Italis sensum, Romanis pietatem ascribunt. Ioannes Picus Mirandula ponebat in Hebræorum doctrina, mysteria, & prodigia in Græcorum disciplinis,ingenium,in Romana Academia politiam. Horatius vocat Britannos hospitibus feroces, Persas infidos. Iulius maternus ad Mauortium Lollianum scribens, quædam, inquit, Gentes ita à Cœlo formatæ sunt, vt propria sint morum vnitate perspicuæ. Scythæ immanis feritatis crudelitate grassantur. Itali fiunt regali super nobilitate præfulgidi. Galli stolidi, leues Græci, auari Syri, Afri subdoli,

doli, acuti Siculi. Luxuriosi supra modũ Asiatici, & voluptatibus occupati, Hispani elata iactantiæ animositate præpositi. Blondus vocat Afros fraudulẽtos, Ligures duros, Campanos superbos. Christophorus Longolius in oratione de Laudibus Ludouici, & Frãcorum vocat Britones duros, vafros Normanos, religiosos Francos, industrios Flandros, mites Lotharingos, faciles Andegauos, bellicosos Vascones, Burgundos feroces, Picardos alacres, frugi Santones, atque Pictauos, Narbonenses fideles, fortes Auernos, Hanonios pertinaces, magnanimos Senones, versutos Cenomanos, militares Bituriges.

De Iis, qui minima scripserunt. Cap. Septimum.

VIri excellentissimi, & litterarum eruditissimi vel voluptatis causa, vel amicorũ petitionibus res viles conscribere dedignati non sunt. Sinenius Scirenensis laudem caluitij, Antonius Murnifinius pediculorum, Dion longorum crinium, Virgilius Culicũ, & apũ laudes publicis monumentis consignauere. Homerus muscarum, ranarumque pugnam scripsit, Isocrates Busirim omnium Tyrannorum impudentissimum maximis laudibus sustulit. Glaucus iniustitiam celebrauit. Fauorinus febrim quartanam omnibus commẽ-

dauit.

dauit, Lucianus muſcam magnificauit, Pithagoras cępas laudauit, Homerus vinum eximia laude ornauit, Democritus quaternariũ numerũ amplifsimis verbis nobilitauit, Rex Iuba euphorbium herbam probauit, Efren immoderatum riſum dilaudauit, Lucianus, & Apuleius in Aſinum multas laudes congeſſe runt, Cato braſsicam cantauit, Hipocrates Ptiſanam ſummopere laudatam reliquit; Paulus Lunonius maximã dignitatem in triremibus poſuit, Tãxillus ficum in coelum, Leonardus Bunnius cubiculi laudem ſcriptis mandauerunt, Andreas Carluccius ſcabelli encomiũ poſteritati propagauit, Marcus Lucinus vini fæcẽ maximis verbis laudauit, Octauius Liburnius de laude baculi librum confecit, Fabius Leocinenetus calamũ litteris conſecrauit, Hieronymus Pulchretus librum de pulicis laudibus, immortalitati tradidit, Andreas Barucus muſtum elegantiſsimo carmine celebrauit.

De Potu frigido. Cap. Octauum.

THeodorus Priſcianus lib. 2. & 13: dicit antiquos aquam niue permixtam bibiſſe? quare non noſtri temporis ſed antiqui inventio fuit? Idẽ confirmat Plutarchus in ſimp. modum commemorans quo nix conſeruabatur. Galenus quendam refert modum apud

Aegyptios visum, qui eiusmodi erat, aquam hauriebant, & sub diu ventis exponebant, die verò in subterraneis sepeliebant locis, vasa lactucæ folijs cooperta. Nero autem modum ab Aegyptijs laudatum ad vsum reduxit, & aquã decoctam cum niue bibebat. Quare Iuuenalis satyra quinta dixit:

Si stomacus Domini feruet vinoque, ciboque
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Ex quo patet potione frigida antiquos esse vsos, & qui eos aquam bibisse calidam asserunt, longè falluntur, quod si Iuuenalis id annuere videatur:

Quãdo vocatus adest calidę gelideq; minister.

Attamen in Iuuenale hoc est mendacium, quoniam Plinius inquit, potum calidum esse contra naturam, neque in conuiuijs nisi vel ob alicuius nõdum satis conseruatam valetudinẽ aut propter eos, qui post cænam vomendi desiderium haberent, vt inquit Mercurialis, apponebatur. Cum schola Medicorum dicendum est, vsum potus frigidi maximè sanitati conducere, quem in primis Galenus cõfirmat, qui, cum quid manducare homines debeant, retulisset, subiungit, vinum postea, vbi refrigeratum sit, potent: & Hippocrates aquam frigidam hominibus rubicundis laudat, cum dicit; Frigida prodest populis rubicundis. Auuicenna etiam probat aquam frigidam esse alijs aquis præstantiorem, vinum frigidum sitim extinguit, appetitum incitat, totumque cor-

pus

pus validiſsimè reſtaurat. Sed præcipuum argumentum eſt, nullam in clariſsimorum Medicorũ libris reperiri cõtradictionem. Quinque modis autem homines vinum refrigerant niue, fontibus, puteis, vel locis ſubterraneis, nitro, aere, & herba, quam ros irrigauerit. Primus, & ſecũdus communis eſt omnibus, quod repetere eſſet ſuperuacaneum. Nonnulli accipiunt nitrum, & iuxta aquę proportionem illud diſſoluũt, & vinum ſuperponunt, certiſsimum eſt hoc modo vinum frigidiſsmum fieri ſed qua facultate id fiat, non omnibus eſt notum, neque nos ſcribere curamus. Nonnulli vero alij aquam, vel vinum nocti exponunt, & hoc tanto facilius, quanto nulli deeſt elementum. Qui verò corpore ſunt delicatiore, herbam accipiunt rore conſperſam in aurora abſciſſam, & illa vas vino plenum cooperiunt, vaſique pannũ apponunt, vt ab ambiente eam defendant; nihil profecto hoc ſuauius, vel iucundius bibi poteſt, ſunt enim hæc Principum non pernicioſæ delitiæ,

De Temporum momentis, horis diebus menſibus, annis, & minutiſsimis ſpatijs. Cap. Nonum

MOmentum, vt inquit Beda, eſt minimũ atque anguſtiſsimum tempus, à motu

ſyderum dictum: Eſt enim extremitas horæ in breuibus interuallis, cum aliquid ſibi cedit atque ſuccedit. Hora Græcum nomen eſt, & tamen Latinum ſonat: ora enim finis eſt temporis, ſicut et oræ ſunt fines maris, fluuiorum, veſtimentorum. Conſtat autem hora quatuor punctis, X. minutis, XL. momentis. Et notanter propter errorem cauẽdum, quod computus partim natura, partim authoritate vel conſuetudine, vt menſes xxx. diebus computari. Authoritate vt hebdomadam ſeptem ferijs conſtare.

Dies vulgaris eſt Solis præſentia ſuper terras, qui proprie XXIIII horis impletur. Hũc Hebræi, Chaldei, & Perſæ inter duos ſolis exortus: Aegyptij inter duos occaſus numerant: Romani à medio noctis in medium: Vmbri, & Athenienſes à Meridie computant ad Meridiem. Moſes autem à mane vſque ad mane vnum diem appellat. Sed Domino ſurgente veſpera Sabbathi luceſcebat in primã Sabbathi, vt homo de luce lapſus in tenebras, deinceps a tenebris rediret ad lucem.

Nox eſt Solis abſentia terrarum vmbra conditi, mortalibus ad requiem facta, ne opere diutino auida deficeret humanitas: vbi rigidior, ibi & ad opera minuenda, membra fouenda prolixior. Cuius partes ſunt ſeptem; Crepuſculum, id eſt, dubia lux inter lucem, & tenebras: Nam creperum dubium dicimus. Veſperum apparente ſtella huius nominis.

Con-

Conticinium, quando omnia ſilent. Intempe ſtam, quod eſt medium, et inactuoſum noctis tempus. Gallicinium, quando gallus reſonat; Matutinum inter abſceſſum noctis,& Auroræ aduentum. Et diluculum quaſi iam incipiens parua diei lux, hæc et Aurora ſolem pręcedens

Hebdomada, ſeptē diebus conſtat, octauus autem dies idem primus eſt, ad quem reditur eoque rurſus hebdomada sēper orditur. Ijs nomina Gentilitas à Planetis indidit, habere se credēs à Sole ſpiritum, à Luna corpus à Marte ſanguinem, à Mercurio ingeniū,& linguā, à Ioue Temperātiā, à Venere voluptatē, à Saturno tarditatē. Sed Syluester Ferias appellare conſtituit, primum diem Dominicum nuncupans, imitatus Hæbræos, qui primam Sabbati, Secūdā Sabbati, et ſic ceteros à numero nominăt, apud quos hebdomada totidem etiam annis peragitur: qui hebdomadam quoque hebdomadarum in diebus ſimiliter habebant, et annis. Quinquageſimum diem Penteсоſtem annum vero, Iubileum, id eſt, libertatem vocātes.

Menſis Lunaris incremento Lunæ ſenioque conficitur, dum XXIX, et ſemis diebus paulo plus, quàm Zodiacum peragit: ſed facilitas cōputandi trigenis, et vnde trigenis diebus Lunę menſes alterna: Solaris autem mēſis XXII horis eſt amplior ex quibus XI Epactarum dies accreſcunt, quibus Sol Lunæ curſum ſingulis annis exuperat. Duodecies enim vigeni, et bini CCLXIIII. faciunt, et vndecies vigeni et qua

terni eundē numerum conplent. Sed Hebræi menses à Luna nascente, Romani à Kalēdis incipiunt, Aegyptij à quarto die Calendarum Septembrium vsque in nouum Calendarum earundē XXX. diebus suos menses putātes: Residuos verò dies intercalares appellāt, qui primi ad solis cursum mēses terminare cœperunt, ne Lunæ velocior, et dubius cursus impedimentum calculandi eis faceret.

Tempora sunt vices mutationum, quibus Sol accedendo, vel recedendo anni temperat orbem: Hyems enim, illo longius morante, frigida est, et humida: ver, illo redeunte, humidum, et calidum: Aestas vero, illo superferuēte, calida, & sicca Autumnus illo decedēte siccus, et frigidus. Hæc autem antiqui sexto die āte idus Februarias, et Maias, Augustasques, & Nouembres inchoabāt, ut solstitia, et æquinoctia in medio essent tēporum. Ver autē Orienti comparatur, quia tunc ex terris omnia oriuntur: Aestas meridiano eo, quod pars eius calore flagrātior sit: Autumnus occiduo eo, quòd ob confinium caloris, et frigoris graues morbos habeat: Hyems septentrioni eò, quod frigore torpeat.

Annus Solaris, uel ciuilis est, dum Sol a̅ctis LXV. diebus, & quadrante Zodiacum peragit, quem Romani à bruma, Hebręi ab æquinoctio verno, Græci à Solstitio, Aegyptij inchoant ab autumno. Annus Lunaris communis XII. lunis, id est, diebus CCCLIIII. Emboli-

smus

ſmus XIII.lunis,& diebus actis LXXXIIII. im plentur,à luna paſchali ſumentes initium. Annus magnus eſt, dum omnia ſydera certis curſibus exactis ad locum ſuũ reuertuntur, quem ſexcentis annis ſolaribus Ioſephus dicit impleri.

Hora duodecima pars diei eſt: ſiquidem XII. horæ diem complent, Domino atteſtante, qui ait: Nonne duodecim horę ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendet. Vbi quamuis allegoricè ſe diem, diſcipulos vero, qui a ſe illuſtrandi fuerant, horas appellauerit,ſolito tamen humanę computationis ordine numerum definiuit horarum. Verum notandum eſt, quia ſi omnes anni dies duodenis horis putentur,ęſtiuos neceſſe eſt dies longioribus, brumales vero breuioribus horis includi. Si vero omnes horas ęquiparare, hoc eſt æquinoctiales habere volumus, brumali diei nihilominus pauciores, & ęſtiuo neceſſe eſt plures tribuamus. Recipit autem hora quatuor punctos, X. minuta, XV partes, XL. momenta, & in quibuſdam lunæ computis V.punctos.Non enim hæ diuiſiones temporum naturales,ſed vidẽtur eſſe cõdictiuæ. Nã calculatores, cum neceſſe eſſet,uel diem in duodecim, vel horam in quatuor,aut X. aut XV. aut XL. aut ĩ alias quaslibet minores, maioresue quid diſtribuere particulas, quæſiere ſibi vocabula, quibus,id quod volebant nuncupare, et alterutrum dinoſcere poſſent,horã videlicet appellã

tes, quia certi temporis ora, id est, terminus fit sicut, & vestimentorum, fluuiorum, maris quoque fines oras vocitare solemus. Punctos vero à paruo puncti transcensu, qui fit in horologio. Minuta autem à minore interuallo nuncupantes. Partes à partitione circuli Zodiaci quem tricenis diebus per menses singulos findant. Porrò mométa à motu syderum celerrimo nuncupantes, cum aliquid sibi breuissimis in spatijs cedere, atque succedere sétitur. Minimum autem omnium, & quod nulla ratione diuidi queat tempus, atomum græce, hoc est, indiuisibile, siue insectibile nominant: quod ob sui pusillitatem grammaticis potius, quam calculatoribus vsibile est: quibus cum uersum per verba, uerba per pedes, pedes per syllabas, syllabas per tempora diuidant, & longæ quidem duo tempora, unum breui tribuant, ultrà in quod diuidant, non habentibus, hoc atomum nuncupari complacuit. Attamen Mathematici in explorandis hominum genituris, ad atomum usque peruenire contendunt, dum Zodiacum circulum in XII signa, signa singula in partes XXX partes item singulas in punctos XII. punctos singulos in mométa XL. momenta singula in ostenta LX. distribuunt, vt considerata diligentius positione stellarum, fatum eius, qui nascitur, quasi absque errore deprehendunt: Quæ quia vana, & a nostra fide aliena est obseruatio, neglecta ea, videamus potius, quod Apostolus ad celeritaté resurre-

ſurrectionis intimandam huiuſmodi temporis vocabulo vtitur, dicens: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, in atomo, in ictu oculi, in nouiſsima tuba. Nec prætereundum, quia & ſi calculatores neceſſario diſcernant, plurimi tamen ſcriptores indifferenter breuiſsimum illud temporis ſpatium, quo, palpebra oculi noſtri moueri poteſt, quod in ictu pungentis tranſcurrit, quod ſecari, & diuidi nequit, nunc momentum, nunc punctum, nunc atomum vocant.

De Hominum præcedentia.

Cap. Decimum.

IN omni ſtatu, ſeu modo maſculi fęminis ſunt pręferendi, quia per maſculos conſeruatur agnatio l. pronūciatio, §. Pater, ff. de verb. & rer. ſigni f. & per maſculos cōſeruatur memoria æterna aſcendentium l. liberorum ff. eodem. Et ideo legimus, non ſine cauſa Platonem de quatuor gratias Deo egiſſe Primo quod homo natus eſſet, & non animal brutum, Secundo quod Græcus potius, quam Barbarus. Tertio quod Athenis tempore Socratis. Quarto quod mas potius, quam fæmina. De pluribus prærogatiuis, quibus viri, & non mulieres honorantur, habetur in l. fæmina ff. de regulis iuris, vbi ampliſsimè Decius, maſculi mulieribus præferuntur ratione naturali,

ex eo, quod naturale illum dominari, & præsse qui viribus corporis est prȩstantior, & ideo si mas, & fæmina eodem casu simul moriantur, de iure prȩsumitur vir tanquam robustior diutius vixisse, & mulier prȩmori, tanquam debilior. Virum prætoria familia natum mulieri cōsulari putāt prȩferēdū, quia, vt ait Euripides:

Præstat vir vnicus, estq; lucis huius munere,
Dignior, quā multa sane feminarū millia.

Et cum maior sit virtus in agendo, viri autem sit agere, mulieris autem pati, cumque agēs sit nobilius patiente, ideo homo nobilior est muliere, & prȩfertur.

Vxorati præferuntur non vxoratis, cum per Matrimonium quis magnam dignitatem consequatur; quia vt dicit textus in Authent. de Nup. §. deinceps, nuptiarum magna est dignitas. Et per pulchrè scribit Aulus Gellius lib. 12. c. 15. maritos habentes vxores præferri debere, non habentibus, etiam senioribus, quamuis habeant liberos. Regij, ministri prȩferuntur alijs. Magistratus cȩteris præponendi, qui præsunt cognitionibus oppidi. consiliarij, & sapientes strenuis, & in militia prȩcipuis anteponēdi. Quod de Vlysse, & Aiace patet:

Habentes eandem dignitatē, ille debet antecedere, qui prius illam est adeptus, etiam si posterior pluries eādem assecutus fuerit, vt dicit Lucas de Pēna ī l. mulieres col. 5. C. de Incolis. & Celius lib. antiq. lect. 15. c. 19. & 23.

Vir-

Virgines in inceſſu,& alibi præferuntur viduis, & in matrimonio collocatis ut dicit, Baldus in c. cauſa extra de probat.

Inter quoscũque eiusdẽ ſtatus,etiã inter plebeios habens filios non, habenti pręfertur. textus expreſſus in l. ſpurij. ff. de Curionibus et eius vox in ſententijs, & conſilijs debet eſſe prima per primam C. de conſulibus lib. 12. Ratio eſt ille fauor publicus ut Ciuitas liberis, repleatur, l. 1. ff. ſolut. matrimo.

Rector ſtudij Epiſcopum pręcedit in ſtudia incumbentem, ſed non in alio loco, ut dicit Parior in cap. auditis col. 3. de electio. ſic etiã filius Epiſcopus Patri reuerentiam domi facere tenetur ſed alibi, patrem pręcedit, ut dicit Hoſtien in c. indecorum de ætate, et qual.

Inter duos æquales, qui eſt in ſuo territorio eſt maior altero, glo. ult. in l. apud eum ff. de manumiſsio. Ciuis alicuius ciuitatis mediocris ciuitatis primario anteponitur, vt tenet Decius in c. Clerici col. 6. extra de iudicijs, quod quidem de loco indifferenti intelligendum eſt.

Inter Plebeios legitimi plebei etiam nobilibus ſpurijs præferuntur, vt dicit Geminian. in c. ſtatutũ de Hæretic. in 6. Nam abominabiles ſunt, & exoſi omni iure ſpurij, & inceſtuoſi quod & habetur ſapientiæ 3. filij adulterorũ in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro exterminabitur ſemen, & ſi quidam longæ vi-

tæ

tæ erunt, & nihilum computabuntur, & tales ſpurij ſunt infames, vt dicit Azon in ſum.
Inter plebeos, vbi nulla eſt dignitas, Patres filijs ſunt pręferendi, iuxta illud Eccles. 7. Honora Patrem tuum &c. Coloſ. 3. Filij obedite patribus ueſtris, &. 1. ad Tim. 5. filij reddite vicem parentibus. Senex Iuueni præferendus, iuxta illud Leuit. 19. coram cano capite conſurge, & honora vultum potentis, & apud antiquiſsimos Romanorum, neque generi, neque pecuniæ præſtantior honos tribui, quam ętati ſolitus. Neque ſolum antiquitas conſideratur ex ętate, ſed etiam ex tempore. nam qui longiore tempore aſsiduis laboribus ſtipendia mæruit; eſt præ ponendus, vt eſt tex. in l. prouiden. C. de poſtulan.

Scribę, Tabelliones, & Procuratores alijs plebeis pręferuntur: nam magis creditur Tabellioni, aut Scribę, quàm alij, quoniam iſti publicę vtilitati ſeruiunt, & propterea in repub. ſunt honorandi.

Inter plebeos, qui ſunt virtute præditi, pręferuntur, quoniam virtutum proemia tribui męrentibus conuenit, vt dicit l. vt virtutum de ſtatut. & imagini. Et vt ait Ariſtoteles lib. 3. polit. cap. 9. excellentibus virture eſt ſpondendum, & inter cæteros pręferuntur, qui ſunt probatę vitæ, & bonæ fidei, & inter iſtos laudandus, qui omnibus publico iudicio bonus, & optimus iudicatur.

Inter plebeos etiam originarij cæteris pręferri

ferri debent, vt facit textus in l. 2. C. de offic. Prętor. & facit dictum Ciceronis in lib. de amic. potiores inquit sunt ciues, quam peregrini, & vt ait Aristoteles 3. polit. Noui incolæ qui ciuitatem, & patriã incolere cæperunt honoribus ciuitatis non participant, sed antiqui, qui mores patriæ nouerunt, sunt illis præferendi, noui autem maxime penitus extranei postponendi, coram quibus non est agendũ consilium, quia scribitur Eccles. 8. coram extraneo ne facias consilium: nescis enim, quid pariet. Inter aduenas pręferuntur, qui non sunt nationis infamatę.

Inter ciues, & plebeos eiusdem qualitatis, pręferri debent, qui ex honestis, & probis parentibus orti sunt, & progeniti. Idem de filijs dicendum; nã vt ait Aristoteles 1. polit. c. 4. ex quorundam sententia, sicut ex hominibus hominem, & ex bestia bestiam, sic ex bonis bonum generari, & in Rhetor. præceptis, nemini est obscurum, qui ex bonis, clarisque parẽtibus nati sunt, eos consentaneæ fieri suis maioribus non dissimiles. Et Cic. pro Rosc. nemo ex improbo patre probum filium nasci posse existimaret.

Inter populares præferri debent primates, cum inter reliquos maioris potestatis, vel dignitatis habeantur, vt notat Lucas de Penna in Rub. de Alexandriæ primatibus, lib. 11.

Diuites cæteris in honoribus pręferuntur vt habetur in l. honor. §. de honoribus, ff. de

muneribus, & honoribus, quia diuites fideliores sunt. Vnde Iuuenalis.
Quantum quisq; sua nummorũ seruat in arca,
Tantum habet fidei,
Et potius pacta, quam pauperes obseruant, quoniam, ut ait Philosophus, pauperes, & miseri cito flexibiles, fiunt.
Honesti præferendi inhonestis, diligentes, & vtiles inutilibus, & pigris, facit tex. in l. suspectum ff. de suspectis tutor.
Inter plures artifices eiusdem artificij præferuntur, qui Principum sunt artifices, cum dicantur habere dignitatem, ut habetur de coquo principis inter plebeios, qui habent officium.
Inter omnes artifices præferuntur bibliothecarii, quoniam in dies magis, magisque hominum ingenia sola librorum commoditate vigent, & ad capessendas disciplinarum liberalium artes facilius omnes alliciuntur, ipsaque litterarum studia mirum in modum vbique florent. Inter istos Andreas Maresius est excellentissimus.

De Præeminentia Doctorum.
Cap. Undecimum.

INter omnes, qui litteris pollent preferendi sũt Theologi; Nam & sciẽtia Theologię est nobilior omnibus alijs sciẽtijs, ratione nobilioris subiecti, quod est Deus, vt Deus, cũ omnis

eius

eius cognitio ſit de Deo,uel ad Deum directa, & ideo cum ab Ariſtotele Metaphyſica, quæ de Deo naturaliter loquitur, Dea ſcientiarum appelletur, ergo tanto magis, quę Deum ſuper naturaliter reſpicit. Eſt etiam certioris veritatis, quia certiori uia progreditur. Nā omnes aliæ ſcientiæ habent certudinem ex naturali lumine rationis humanę, ipſa vero ex ſuperno lumine ſapientiæ increatæ, quæ errare non poteſt. 1. Petri 1. Spiritu S. illuminati locuti ſunt Dei homines, & nihil verius eſſe poteſt, quam quod à veritate profertur, ideo Propheta Pſal. 118. Principium verborum tuorum veritas in æternũ iudicia iuſtitiæ tuę; & Matthæus S. Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt: Eſt nobilior ratione dignitatis materiæ, quia eſt de ijs principijs, quæ ſua altitudine rationē tranſcendunt, vnde aliæ ſciētiæ dicũtur ancillæ, iuxta illud; Miſit ancillas ſuas uocare &c. Ratione finis, qui eſt ipſe Deus, vel beatitudo ęterna. Ratione vtilitatis, quia, vt inquit Cananeus, illuminat iuxta illud Pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē ſemitis meis: Ratione excellentioris Doctoris, nam huius ſciētiæ autor nec: Plato, nec Ariſtoteles fuit, ſed filius Dei, qui eſt ſapientia Patris, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, ad Colos. 2. Cui omnia nota ſunt, & qui dicit Moyſi, Exod. 4. Ego ero in ore tuo. Et regulæ Apoſtolicæ Cācellariæ, vbi beneficia debentur graduatis nomina-

minatis. in Theologia Doctores sunt præferē-
di licet, præpositus in Proemio decreti, dicat
quod in beneficijs conferendis Theologo Ca
nō ista sit præferēdus. Sed alia est ratio de Epi
scopis, nam illa pars Iuris Canonici, quæ ad fo
rum contentiosum pertinet non est Episcopo,
necessaria. Nam, ut ait D. Petrus apud Cle-
mentem epistola 1. Episcopum esse opor-
tet Iuris mundialibus immunem, et si quæ
lites sunt componendæ, id per Diaconum,
vel alios ministros esse faceīdum. Solū igitur
requirunt in Episcopo cōcilia, & Patres cogni
tionem eorum, quæ pertinēt ad mysteria fidei
nostræ, ac religionis commodè explicanda, et
populum informandum moribus, & ad Hære
ticos confutandos. Sed quæret quis, vtra scien
tia sit Episcopo vtilior. Iuris Canonici, an The
ologiæ? Hostiē. & Panor. super cap. 1. de affinit.
& consāgu. Respōdet, ubi Heretici grassantur,
utiliorem esse Theologiam, ubi non, Ius Ca-
nonicum. Sed respōdetur absolute, ubique esse
vtiliorem Theologiā, ita Sotus lib. 3. de Iust.
& Iur. q. 2. ar. 6. & alij, ratio est, quia maxime
pertinet ad Episcopū disserere de mysterijs fi-
dei, & moribus, refellere Hęreticos, & popu
lum instruere iuxta illud Matt. 28. Prædicate.
Euangelium omni creaturæ, docentes seruare
omnia quęcunque præcepi uobis, quod docet
præcipue Theologia. Accedit, quod partem Iu
ris Canonici Episcopo necessariam, quæ uide
licet Sacris Canonibus circa religionem, &
eccle-

Eclesiasticum ordinem continentur,faciliuspo test Theologus cognoscere, quàm possit iuris peritus percipere disputationes Theologicas. Quare utilius est,ut sit in Theologia uersatus Denique quádo Episcopus ordinatur, non in. terrogatur,an sciat Ius Canonicũ,sed an ùtrũ- que testamentum . Post Theologiã sciẽtia Iu ris Canonici est nobilior, quod patet ex eius necessitatem,quia est ad fidei munitionem, & Eclesiæ sanctę Dei contra errores , & hæreses subortas. Licet enim in sacra Scriptura,quid credẽdũ sit,cõtineatur plenissimè , nihilominus multi errores, & hæreses subortę sũt in Ec clesia Dei, occasione peruersorũ hominũ , qui aliter Scripturã s.intepetrari nisi sũt, quam spi ritus s.efflagitat.Quocirca necessarium fuit ad habendam ueram cõsonantiã scripturæ sacrę, ut ss. Patres spiritu Dei pleni simul conuenientes , multa explicarent , exponerent,& interpretarentur de scriptura sancta , & ita illustrata ueritate nubila propellerentur errorum, quod maxime factum est in quatuor uniuersa libus Concilijs , quorun Canones, & definitio nes sanctæ propugnacula fidei nostræ sunt in Ecclesia Sancta Dei.Tradit præterea hæc scien tiá præcepta , & documenta Sanctæ Matris Ecclesiæ,quę ad religionem,pietatem,& Santi moniã omnes homines maxime componunt; necessaria etiam est ad multarum quæstionum resolutionem , ad discretionem graduum , & ordinum Ecclesiasticorum , & litium,& iurgi

orum determinationem . Ex ratione finis , vt ſcilicet homines ædificẽtur , ratione conditorum,qui fuerunt Pontifices, & Concilia , ratione vicinitatis,quam habet ad Theologiam,cũ ſit vicinior ſcientiæ diuinæ , quàm quælibet alia ſcientia, ratione materiæ , quæ tractat de Diuinis officijs, de Eccleſiaſticis Sacramẽtis, & documentis, quæ multa dignitate excellunt materiam,quæ in alijs ſcientijs tractatur. Ex quibus infertur , quod Doctor Iuris Canonici , Iuris ciuiis Doctori ſit præferendus , ita tenet Ioan. Andr. & omnes alij,in c. Clerici de Iudicijs.Succederent nunc Medici,uel Iuris Ciuilis periti, ſed quoniã de his ſermone vernaculo tractauim',hic ſilẽtio prętcribimus

Inter omnes Doctores, cuius cunquæ facultatis ſint, præferuntur,qui actu legunt, licet etiam alij ſint ſeniores,qui non legãt , prout probat tex. in l. 2. C. ut dignitatum ordo ſeruetur. Et hoc maxime, quoniã tales ſi legerint, per 20. annos, dicuntur Comites, ut habetur per gloſſ. & Doct. poſt tex. in l. unica C. de Profeſſor. Sed tales debẽt habere aliquas cõditiones,nẽpe,quod ſint ad legẽdũ cõnumerati, quod laudabilẽ in ſe probis moribus vitã eſſe moſtrauerint, quod docẽdi peritiã habuerint, quod etiam dicendi facundia polleant , quod cętu ampliſſimo iudicante digni fuerint æſtimati. Iſta præcipue requiruntur, & alia , quæ omnia declarat Lucas de Penna in d. l. unica . Imò ſecũdum Boetium de diſciplina,Scholari

mu

um, debet ſex alias habere, ſcilicet quod ſit eru ditus, manſuetus, rigidus, antiquius, nõ negli gens, & non arrogans; inter tales etiã legentes præferuntur, qui maiora ſtipendia habent, vt dicit Iaſon in l. cum quid. ff, ſi certum petatur & pro hoc facit l. 1. & 2. de officio Magiſtri: Certum eſt quod inter plures Doctores pręferuntur, qui libros compoſuerunt, cum ſint ma ximo honore digni. Antiquior Doctor Iuniori præferri debet, ſecundum gloſſ. in l. cum quid ff. ſi certum petatur, quod etiam ratione patet, quoniam qui natu eſt maior, maturitate ſenſus præſumitur præſtantior. Præſumuntur etiam ſenes graues, modeſti, ſcientes, ac ſapien tes. Doctor in ſcientia excellens etiamſi ſit Iunior, ãtiquiori pręfertur, per gloſſ. in uerbo tẽ pus, in §. ordinatione, ĩ Authen. de monachis quod ſcolaris, ſi ſit peritus, & excellens doctrina, Doctorem præcedere debet, inſufficientia cùm non pro titulo dignitatis, ſed pro meritis ſtipendia aſſignari debeant. Viro excellẽti deferendum eſt in multis, ut omnibus exemplo tradidit Athenarum curia illuſtris in Zenocrate Philoſopho, cui teſtimonium reddẽti propter eius excellentiam iuramentum remiſerunt, ſoli eius verbo credentes; pariter Senatus Romanus accuſationem lege Iulia repetundarum cõtra Metellum Cõſulẽ propoſitam propter eius excellentiam repulerunt. Similiter Alexander Magnus, licet Thebas igne, & ferro militibus diripiendas conceſſiſſet, uni-

cam Pindari clarissimi Philosophi domum propter eius excellentiam cremari uetuit. Iura etiam propter, excellentiā hominis relaxantur, eo quia vir in arte sua multum excellens, non punitur ad mortem, ubi puniri deberet, textus est in l. ad bestias ff. de pœnis.

Doctor à Sũmo Pontifice, uel Imperatore creatus præferendus est Doctori ab alio inferiore creato, etiamsi talis ab inferiore creatus fuerit antiquior, ita Alex. in l. 2. §. si prius, ff. de uulg. & pup. sub Argum. c. per tuos extra de maior. & obe. Sed dicit Decius, in c. Clerici de Iudiciis; Istud potius de æquitate quadam, quam ex Iuris rigore procedere. Ex hoc sequitur, quòd qui est creatus in nobiliore vniuersitate, sit alijs præferendus, & ideo Doctores in Theologia, iure Canonico, aut Medicina in Salamantica, aut Parisiensi Vniuersitate, omnibus alijs Doctoribus in illis scientij s, in alijs Vniuersitatibus creatis prȩferri debent

Inter plures Doctores præfertur, qui plures habet gradus, quoniam duo vincula uno sunt fortiora, magisque ligant. Ex quo infertur, quod Doctor Canonum, & Theologiæ simplici Theologo prȩferatur: Data paritate tēporis, & gradus habetur ratio diuitiarum, & nobilitatis, quia duo vincula magis stringunt, secus si nō sit paritas temporis, & gradus, quia tũc cōsideratio diuitiarũ, & nobilitatis nō habetur; quia tales qualitates tēporis prærogatiuā nō tollũt. c. statuimus extra de maio, & obe.

Vtrum

Vtrum omne pulchrum ſit bonum. Cap. Duodecimum.

Plotinus, & omnes ferè alij Platonici Philoſophi pulchrum bonum eſſe aſſeruerunt, & ideo, qui venuſta facie, forma eleganti sũt, boni etiam ab illis exiſtimantur, eo quod ex interioris formę perfectione, atque ſeminariæ rationis victoria ſuper materiam proueniat externa formoſitas. Quare Diogenes, cũ adoleſcentem formoſum admodum turpia quędam fabulantem audiſſet: Non te, inquit, pudet ex eburnea vagina plumbeum gladium exerere? quaſi, ut apud plurimos vulgatũ eſt, pulchritudo bonitatem ſemper comitetur, nec fieri poſſit, ut citra bonitatem ſit pulchritudo, quod his verbis comprobat Maximus Tirius: Quod pulchrum eſt, id neque exitioſum unquam, neque lubricum, neque flagitium aliquod efficit, neque quenquam ad infortunium ducit, aut ad calamitatem deducit, neque in pœnitentiam deſinit. In quam ſentẽtiam Aur. Auguſtinus pronunciauit, ſpecioſos in diuina pagina dici Bonos, quemadmodum legimus apud Prophetã, qui ad oſtendẽdam Chriſti Saluatoris ſanctitatem, vſus eſt Pulchritudinis voce, cum diceret: ſpecioſus forma prę filijs hominum. Quid de ipſo Dauid? cuius multa virtutum ornamenta cum

celebrasset oraculum, tum vero quasi omniũ summam addidit pulcritudinem: Ecce vidi, inquit, filium Isai Bethelehemitem scientem psallere, fortissimum robore, virum bellicosũ, prudentem verbis, pulchrum aspectu, decora que facie. Quare meruit, ut quod testantur diuinæ litteræ, esset Deus cum eo. amat enim pulchra Deus, non quia pulchra, sed quia probitatis insigne pulchritudo est. Sic Ioseph Patriarcha, de cuius prudentia testatur æquanimitas perpetua, in tantis circa fortunam eius mutationibus, cum ille tot, & tantos fortunæ ictus recte sustinuerit, ea corporis pulchritudine fuisse legitur, ut amor mulierem adegerit ad insaniam. Sic & Achillẽ, atque Hectorẽ singulari pulchritudine insigniuit Homerus. Virgilius quoque Homericæ per omnia perfectionis imitator à dignitate formæ commendat Aeneam, quem unum, & Achilli, & Hectori, & Vlyssi virtute, pulchritudine, atque animi magnitudine comparat. sic enim in quarto Aeneidos.

> Ipse ante alios pulcherrimus omnes
> Infert se socium Aeneas.

Ad ea, quæ diximus pertinet, quod apud Spartanos erat Licurgi Lege sancitum, vt speciosus puer, & forma liberali publice educari; mancus vero, & deformis in loca vasta, & prerupta exponi, vel in vltimas terrarũ oras ablegari deberet. Testatus & Diodorus Siculus corporis pulchritudinem prę omnibus

magno

magno in primis pondere apud eos fuisse, qui bus imperauerat Sopithes, atque in ipsa statim infantia puerorũ discrimen fecisse, vt, qui membra, ac naturam ad bonum corporis statum, & robur idoneam habere viderentur, eos educarent; quibus corpora essent deformia, ijs alendi curam impendere, superuacaneum existimarent, ac mortem inferrent; pariter, & in matrimonio contrahendo, neque dotis, neque magni apparatus, sed formæ duntaxat, & proceritatis corporum rationẽ habuisse; quasi illud Apuleij ex Apologia secunda iactantes: Virgo formosa, & si fuerit oppido pauper, tamen abunde dotata est. Affert quippe ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ioãnes Boemus Aubanus de moribus Gentium: Connubia (inquit) non opibus & nobilitate, sed formæ præstantia conciliant inter se liberorum causa, qui in Catheis Indis habitant populi. Memoriæ quoque traditum, Aethiopum populos, qui Gymnosophistarum sapientia regebantur, Reges sibi non ex his, qui fortissimi, & opulentissimi essent, creare; sed eos tantum, qui forma essent pulcherrimi, atque prestantissimi. Approbatur hoc auctoritate Cepolæ, qui in tract. de Imper. militum eligendo fol. penult. concl. 10. dicit, in dubio deligendum esse in Imperatorem exercitus, qui forma eleganti cæteros excelleret. Nam & Aristoteles in Polit. suadet illos ad Magistrãdum legẽdos

esse, qui sint forma decenti, & non monstruosa. Et in Ethicis non satis ad fœlicitatem idoneum dicit, qui deformis est. Alibi quoque à signatis cauendum esse, monet. Quod in Cain aperto testimonio sacra Genesis testatur historia, qui perpetuo profugus fratricidij signum palam in fronte Dei decreto semper portauit. Animum certe ipsum non cernimus, ideo neque illius inspicimus pulchritudinem: corpus autem vmbram animi, imaginéque videmus. Itaque ex eius imagine suspicantes, in corpore formoso speciosum animum facile coniectamus. Vnde & natura comparatum est, vt eos etiam, quos nunquam nouimus, statim diligamos, si corpore insignes fuerint; contra statim contemptui nobis aliquo pacto sint, qui turpi corpore sint, aut non ita eleganti vsque adeo, vt si duo virtute aliqua animi prędíti sint, longe magis eam æstimemus in formoso, quam in deformi. quod Maro vidit, dum in Heroicis ita cecinit.

Gratior & pulchro veniēs in corpore virt⁹.

Pythagoram quoque legimus à principio statim adolescentes priusquam in displinam suā admitteret, physiognomiam consueuisse, hoc est indolē ex oris, vultus, totiusque corporis filo, atque habitu scrutari, vt si minus apti ad philosophandi scientiam viderentur, alio potius ingenium, atque studium transferrent, quàm cum scholæ, & magistri dedecore oleū atque operam perderent, quem secutus Plato,

diuini

diuini plane iudicij vir, quoniam exiſtimaret corporum ſtructuram ingeniis non diſsimilē, diſtorta membra diſtortum fere gerere animum, eumque prauitate, & paſsionibus immutatum, corpus quoque conforme ſortitum, ſcholæ ſuę talem adſcripſit titulum. Ne quis corporis habitudine, & proportione prauè dimenſa, compage male ſtructa, figuraue deformi illam ingrederetur. Quod ſentire videntur etiam multi, tum priſci, tum recentiores philoſophi, qui abditarum in ipſis naturę penetralibus cauſarum ſecreta mirati, auſi ſunt atteſtari, nullum vitium, nullamque inęqualitatis prauitatem humano corpori inſitam eſſe, quam non itidem ſequatur animus vitioſus, atque intemperans, cum ſæpe alterum alterius quaſi naturam redolens creſcat, & adoleſcat, atque operetur. Apud Mathematicos faciem inuenias collo, ore, oculis, & toto capitis geſtu tortuoſam, idque contradicentem aduerſarium ſignificare, cuiuſmodi ſimulacrū in decimo Scorpij gradu intulere, eoque ſupra horizontem aſcendēte in lucem editum, ceruicis ſore indomitæ, futurum eſſe præſagiunt. Notatum quoq; & illud in priſca Romanorum theologia, vt nō ſolum funeſti à conſecratione, & ſacris arceantur; ſed & manci, quique inſignes debilitate corporis, aut membro, velut indigni, qui ſacra tractarent. propterea Marcum Sergiū ob prauitatem, imminutionemque corporis à ſacris fuiſſe amotum. Quin etiam huius generis homines

mines

mines à propria hæreditate excluduntur. Vulcanus, quia deformis erat, de cœlo fuit eiectus, & dum caderet factus est claudus. Miphiboseth, quod interpretatur os confusionis, vel ignominiæ, cadens factus est claudus, & tandē propria hæreditate in dimidio diminutus. Tēporalia enim, & æterna sunt duæ partes hęreditatis nostræ; claudis autem hæreditas dimidiatur, quando cœlestia[dimissis eis temporalibus] subtrahūtur. Plutarchus probl. 73. scribit Augures, si vlcera haberent, inaugurandi causa sedere prohiberi, eiusque rei causam recitat signum hoc esse, quod vlcus mutilatio quædā, & pollutio corporis videatur, significans non oportere eos, qui morsum aliquem, aut vlcus, & perturbationem in animo haberent, res tractare diuinas. Assentiunt diuinæ legis interpretes, quando ad animi vitia referri volunt, quæ de corporis deformitate ad Moysen locutus est Dominus, ne scilicet claudus, vel paruo aut grandi nasu, vel torto, ne fracto pede, aut manu, nec gibbosus, nec lippus, nec albuginem habens in oculo ad Sacerdotium assumatur. In cuius rei testimonium hūc sermonem protulit Augustinus, & decreta Canonica clamāt 41. dist. §. vlt. Incompositio corporis inæqualitatem indicat mētis. Vnde Historiographus Salustius, cum eius mutabilitatem describeret, cuius conscientia excitata curis mentem vastabat, inter cætera hoc etiam notabile indicauit, dicens; Incessus eius modo citus, mo-

do

do tardus. Apud Marcum Euangeliſtam, vt inſania mentis motu corporis demonſtraretur, ira præceps, & impatiens excutit de ſolio Caipham ſummum Sacerdotem nō inuenientem calumniæ locum in Chriſto. Quid vero de impio Iuliano ſcripſerit Gregorius Naz. Hæc quidem de Iuliano alijs ipſa experimenta tradiderunt, & aſſumpta poteſtas imperij. mihi autem eius mores comperti ſunt, cum hunc virum Athenis clarius agnouiſſem. Venerat enim illuc, cum frater eius Imperatori videretur inimicus, fuitque aduentus eius ratio duplex; vna quidem quaſi decentior, qua dicebat ſe veniſſe, vt Græciam, eiuſque ſcholas videret; altera vero ſecretior, & ignota plurimis, vt imolatores Dæmonum, & viros fallaces inquireret, quia nōdum habebat impietatis ſuę licentiam. Tunc igitur me non malum huius viri coniectorem fuiſſe memini. Non enim fortuito iſta conſpexi, ſed faciebat me cautum in conſtantia morū eius, atque incredibilis quædam mentis emotio. Vates ſi quidem egregius eſt, qui bene conſiderat. Nullum enim ſignum in eo mihi vtile videbatur, ceruix inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currētes huc, illucque directi, & furioſe reſpicientes, pedes inſtabiles, & titubantes, naſus contumeliam, & contemptum ſpirans, vultus lineamenta ridicula idem ſignificantia, riſus petulantes, ac effrenati, conſenſus, & negatio ſimul, ratio nulla ratione conſiſtens, interrogatio inordinata,

atque

atque responsio nulla congruentia sibi conue niens. Sed quid per vniuersa discurro? talem ante opera cõspicatus sum, qualẽ in operibus postea cognoui. Quod si essẽt mihi præsẽtes, qui tũc aderãt, testarẽtur, quod cũ hæc vidissẽ, repente dixi. Quale malum Romanorum ter ra nutrit. Hæc Theologus. Non solum autem mali existimantur, qui deformes, sed inau spicatissimi etiam ominis est distorto cuipiã occurrisse. Hinc indeformes, fœdoq; aspectu homines natum adagium. Qui te conspexerit, augurium capere poterit; Clarissimum sane illud Plutarchi in Bruto, qui infaustũ pugnæ exitum apud Philippos sibi significari putauit Aethiope illo deformi, qui procedentibus aciebus occurrit. Pari modo Septimus Seuerus Imperator ex occursu Aethiopis sibi mortem concepit, & de Adriano fertur; qui ex occursu Mauri hominis lõge omnium distortissimi ingruere sibi extrema coniecit. Augustus denique Imperator, vt tradit Suetonius, pumilos, atque distortos, vt ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat. Quò spectare videtur carmen illud Satyricum Iuuenalis.

Et cui per mediam nolis occurrere noctẽ.

Proinde, non ab re Philosophus, mõstrat non putat alenda, cum raro apparere soleant, quin ingentia mala non portendant. Ideoque antiqui augures, ac Romanorũ auspices, eiusmodi visis, supplicationes publicas decernebant, vt mala impendentia Imperio Romano

Iup-

Iuppiter placatus auerteret. Huiusmodi si quidem humana monstra mala semper agunt, atque exitium afferre solent; sicut & de his constat, qui Saturnini sunt, de quibus his verbis meminit Marsilius Ficinus: Saturnini quidem euadunt immundi, inuidi, tristes. dæmonibus immundis expositi, quorum cõmercium procul effugito. nam Saturnini venenum alibi sopitum latet, ceu sulphur à flamma remotum, in viuentibus vero corporibus sæpe flagrat, atque vt sulphur accensum non comburit solum, sed etiam vapore noxio omnia circumplet, atque inficit appropinquantes: ita etiam Iouiales pręsenti tali aliquo signato infelices euadunt. Hæc ille. Verum his & aliis, quę Petrus Bongus dicit. non suadetur, in vniuersum pulchritudinem corporis animi excellentiam denotare, quod plurimis exemplis probari potest, sed exemplum Agesilai Claudij Regis Spartarum, qui corpore deformis sapientissimus tamen ab omnibus pronũciatus est. Experiẽtia etiam patet multas meretrices corpore pulcherrimas, animo vero deterrimas fuisse, & esse, vt de Helena dici potest, & è contra multos corpore sordidos animo tamẽ præstantissimos fuisse. Quamobrem qui oculis pulchritudinem, semper considerant, stulti sunt, Nam vt ait Gregorius primo Dialogorum, stultæ mentes hominum ex qualitate corporum mentiuntur, cum vti dicitur prouerb. vlt. Fallax gratia, & vana est pulchritu-

do

do. Imo impudici sunt, qui hoc faciunt. nam vt dicit Hieronimus ad Eustochium, impudici oculi nolunt animi pulchritudinem conside rare, sed corporum. Quare iure merito Seneca ad Lucillum dicit, errare mihi visus est, qui dixit.

Gracior est pulchro veniẽs è corpore virtus.

Et vt dicit Boetius 3. de consol. Si lynceis oculis homines vterentur, vt eorum visus penetraret obstantia, nonne introspectibus visceribus illud Alcibiadis superficie pulcherrimũ corpus turpissimum videretur. Te igitur pulchrum videri non tua natura sed oculorum spectantium reddit infirmitas; & Augustinus lib. 15. de Ciuit. Dei hanc sententiam apertissime corroborat; Nempe non omnes pulchros bonos esse, cum ait: Pulchritudo corporis bonum Dei donum est, sed propterea id etiam largitur malis, ne malum bonum videatur bonis, & ideo aliquando melius est deformem esse, quam pulchrum & malum, vt ait Euripides in Hel.

Iudiciũ ex pulchritudine nõ facias, sed ex mo [ribus

Deformis sĩ potius, quàm pulcher, & malus.

Tandem ne vultum aspiciamus præcipit nobis Deus, super 1. Reg. 16. vbi legitur: Samuel videns Heliab procerum, & pulchrum existimauit eum futurum Regem, cui dixit Dominus ne respicias vultum eius: ego enim nõ corporis pulchritudinem, sed animi virtutem considero.

Quan-

Quantum homines gloriæ desiderio flagrent. Cap. Tretiumdecimum.

GLoria sola animos mortalium perurit, inflammatque ad magna capessenda, ad pericula intrepidè subeunda, in tantum, vt viri magni excellentia animi præstantes, summum bonū in gloria collocauerint ad gloriā perinde, ac metam actiones suas omnes direxerint, denique pro gloria mori non recusarint. Vullum genus est hominum, (si tamen bestiam non redoleat) qui à gloria non inflāmetur. Nam & quosdam iuduxit contra patriam sola laudis cupiditas, vt dicit Iuuenalis Satyra decima:

Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Prȩmia si tollas, patriam tamen obruit olim
Gloria paucorū, & laudis titulique Cupido.

Hæc induxit Rhodope Græcū in Aegypto celebratissimum scortum, quod parto turpi quæstu ingenti thesauro, quamquam ipsa humili fortuna orta esset, (serua enim fuerat) ad Pyramidem exstruendam, & quæ quantū molis magnitudine ab alijs vincitur, tantum alia ipsa operis excellentia superauit; Cum meretrix, ac liberta cum tātis Regibus magni operis impendio contendere causa esset; nec minus se in lupanari, quam illi in palatiis famæ cupidam nomini, ac glorię dare operam belle

le ostendit, quæ tanto Reges ipsos in nominis, ac famæ desiderio superauit, quanto imperij, atque opũ magnitudine Reges eam anteibãt. Hæc superbissimorum exercitũ Imperatores ad lacrymandum induxit, vt de Alexandro Magno legitur, qui ante sepulchrum Achillis ingemuit, ipseque Alexander pectus insatiabile habebat, qui Anaxarco Comiti suo ex authoritate Democriti Præceptoris innumerabiles mundos esse referenti exclamauit; Heu me, inquit, miserũ, qui ne vno quidem adhuc sum potitus. Hæc tam inflammata gloriæ cupiditas quosdam, vt Deum contemnerent, Religionem exterminarẽt, impulit. Inuẽtus est enim, qui Dianæ Ephesię templum incendere valet, vt opere pulcherrimo consumpto nomen eius per totum terrarũ orbem diffunderetur, vnum quem quidem mẽtis furorem è culeo impositus detexit, ac bene consuluerant Ephesij decreto memoriam teterrimi hominis abolẽdo nisi Theopompi magnæ facundiæ ingenium in historijs eum suis comprehendisset. Hæc ad homines præclarissimos interimendos adduxit, quorum e numero est Pausanias, qui cum Hermoclem percontatus esset, quonam modo subito clarus posset euadere, atque is respondisset, si illustrem aliquem virum occidisset, futurum, vt gloria eius ad ipsum redundare, continuò Philippum interimit, & quidem quod petierat, assecutus est. Tam enim se Parricidio, quam Philippus virtute notum poste-

ris

ris reddidit: Hæc homines sacrilegos fecit; Nam Hanon Carthaginensis eo vecordiæ processit, vt pro Deo inter mortales haberi nouo commento tentauerit. Cum plures enim aues humanarũ vocum imitatrices in obscuro loco conclusas sonare docuit, Hanon est Deus quas postea libere permisit ire, existimans, se hoc modo immortalitatem assecuturum. Sed auiculę ad consuetum cantum redeuntes stultam nimis Hannonis cupiditatem, & spem irritam fecere. Tandem hæc doctos, indoctos, prudentes, imprudentes, malos, bonos, ad bonum faciendum, vel ad mala perpetranda impellit, vt de Caligula, & Nerone rerum gestarum scriptores nobis satis apertum reliquerũt. Nã Caligula Princeps amẽs prorsus, atque omni scelere imbutus, cũ per virtutẽ sciret, se nominis diuturnitatẽ nõ assecuturum, temporibus suis palam optare se aiebat, vt ingens aliquod malũ cõfingeret, de quo diu homines loquerẽtur. Quemadmodũ Imperãte Augusto primo Variana clãdes fuerat, & sub Tiberio Fidenis ruina theatri, ĩ qua vigĩti duo millia hominũ oppssa fuerãt. Nero etiã cũ nomẽ suũ preclaris facinorib' aut virtute, cuius erat hostis, celebrare nõ posset inter Musicos principatũ appetit, sublatis omniũ statuisque tẽporibus suis Olympionicis victoribus, Cãtoribus, aut Tragœdis positæ fuissent, & pro eis poni suas iussit. Lucanum quoque Poetam prohibuit, ne carmen quod scribebat, ederet, vt solus in Poetica excelluisse

cellui∫∫e videretur. Quare de∫iderium gloriæ omnia alia vincit, & adeò in pleri∫que magna e∫t, hęc gloriæ ∫itis, vt quãquam dam per eloquentiam, ∫apientiam, cætera∫que alias ∫cientias ∫ibi po∫sint comparare, tamen gloriam ab alijs; ab alijs mendicare velint, hi quorũ numero e∫t Cicero, qui omnes alios gloriæ adipi∫cendæ cupiditate maxime ∫uperauerit, nec eum pudor deterruit, quin ∫atis audacter à L. Luceio laudem peteret; ∫ic enim ei ∫cribit: coram me tecum eadem hæc agere ∫æpe conantem deterruit pudor quidam penè ∫ubru∫ticus, quæ nunc expromam ab∫ens audacius, Epi∫tola enim non erube∫cit, Ardeo cupiditate incredibili, neque vt ego arbitror reprehendenda nomen vt no∫trum, ∫criptis illu∫tretur, & celebretur tuis, quod & ∫i mihi ∫ępe o∫tendis, te e∫∫e facturum, tamen igno∫cas velim, huic fe∫tinationi meę. Genus enim ∫criptorũ tuorum et∫i erat ∫emper à me vehementer expectatum, tamen vincit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incedit, vt cuperem quàm celerrime res no∫tra monumentis commendari tuis. Non enim me ∫olum commemoratio po∫teritatis ad ∫pem quandam immortalitatis ∫apit, ∫ed etiam illa cupiditas, vt vel authoritate te∫timonij tui, vel iudicio beneuolentiæ, vel ∫uauitate ingenij in viuis perfruamur. Et, paulo po∫t: Itaque te plane, etiã atque etiam rogo, vt & omnes ea vehementius, etiam quàm forta∫∫e ∫entis, & in eo leges

historiæ

historię negligas gratiáque illam, de qua suauissimè quodam in præmio scripsisti, à qua te affici, non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium, illum à voluptate ea si me tibi vehementius commendabit ne aspernere, amorique nostro plusculum etiam, quàm concedit veritas largiare. Et in fine, ac ne forte mirere cur cum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilio, atque euentus literis mandaturum à te id nunc tantopere, & tam multis verbis petamus illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi festinationis, quod alacres animo sumus, vt cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscunt, & nosmetipsi viui gloria nostra perfruamur. Non dubitabat Cicero maxima cupiditate gloriæ inflammatus veritatem aliquo modo obscurare, vnde nam istud desiderium oriatur, non satis notum est, nisi causa esset, quam Cicero libro 1. Tusculan. qq. affert: Quanquam autem sensus abierit, tamen summis & propriis bonis laudis, & gloriæ, quamuis non sentiant mortui, non carent. Et hoc verum est, nam cum nos mortem negligere nequeamus, desiderio tenemur in ore hominum viuere, cum vita in nobis semper esse nó possit. Quare non satis admirari possum, eos, qui cum disciplinas optime calleant, nullum elucubratum opus posteris relinquant. Temere mihi videntur, agere eos qui præsentem famam solummodo sequuntur, illique toti se tribuūt,

vt vllam post mortis gloriam non recordentur, cum æquè perpetua sit, & æterna, illa vero instabilis, atque momentanea. Si fortasse causa non esset timor quorundam, qui viperea lingua hominum memoriam lacerant, Sed profecto si omnes, qui publicis monumentis aliquid consignauere, Momos, & Aristarchos pertimetissent nullum librum, nullam compositionē legeremus; vltra naturā mihi facere videntur, quià natura, cum indiuidua conseruare non posit, ipsam speciem succesiue conseruat. homini autem, cui à natura est insitum hoc desiderium, perperam negligunt, dum ipsi mortui in vita perfrui posint.

De Nobilitate Gentium Cap. XIV.

VEhementer falluntur ij, qui suæ nobilitatis decus ab extrema memoria repetūt, aut sempiternum fore sperant: nam omnia antiquisima cessauerunt. Gens Aeacidarum, & Heraclidarum, quę apud Gręcos clarisimæ fuerunt, tum apud Latinos Iulia ducentesimum, ac millesimum non superarunt. Reliquæ gentes patriciorum, Poticij, Pinarij, Gegallij, Sergij, Cornelij, Fabij, Manilij, Aemilij, Curiacij, Claudii vix octingentesimum attigerunt, vt Cæsari necesse fuit inter Patricios ad legere nouos, ac nobiles. Darij vero annos du-

ducentos floruerunt, Arſacidæ circiter ſexcentos, Ottomani trecentos, Hiſpani Principes ſummum nobilitatis faſtigium à Gottis repetunt. Auſtriaca domus potentiſsima, Italorũ Hiſpanorum, ac Germanorum Imperium habet, & fortaſſe prȩter Eccleſiam toto orbe terrarum fruetur: A comitibus Habſpurgi generis ſplendorem repetens, ante Rodulphum Alberti patrem, id eſt ante annos trecentos, quȩ qualiſque fuerit, quaſi ignoratur. Saxonica vetuſtiſsima, ante ſexcentos annos, hoc eſt; ante Ottonem Henrici Aucupis patrẽ maiores ciere non poſsit, Merouetorum autem, qui huius Imperij fundamenta iecerunt, ſtirps anno poſt quadringenteſimo deſijt, & Caroli Magni genus in Carolo Duce Lotharingo ducentos poſt annos extinctum eſt.

Nunc imperant Capeti ab Vuuidekindo Saxone orti. is in Galliam adductus eſt, & Chriſtiana religione à Carolo Magno informatus, atque Andrium Comes creatus, vel vt alij putant ab Ottonẽ fratre ſui generis poſteritatẽ omnium, quæ ſunt in Europa, rerum geſtarum gloria clariſsimam, & antiquiſsimã reliquit. Iam enim ab Vuidekindio anni paulominus octingenti numerantur; Normanorum, & Anglorum Principes, in Henrico Principe deſierunt, Andium in Bocardo tertio Henrici ſeptimi ſtirps in Eduardo ſexto. Lãcaſtrorum, & Yorcorum nulli mares reſtant, Scotiæ primi Reges in Alexandro tertio, Bruſij in Daui-

de secundo, Stuardi in Iacobo quinto, Castilij in Henrico tertio, Arragonij in Ferdinando quinto, Suecij, Dani, ac Nouergi in Margereta VValdemari Filia, Pomerani regnum, & Bauari prius extinctum, quam natum fuisse videtur. Secuti sunt Aldeburgenses, qui nunc Imperium Daniæ tenent, Gostacij Pater, & priuato Suetiæ Imperium non ita pridem suscepit, nec multo diuturnior fuit in Pannoniæ Imperio Stephani gens, cui Carolus Andegatius Rex Neapolis successit, deinde Otto Bauarius, tum Sigismundus Otto Luceburgensis cuius stirpem excepit Matthias Coruinus primus & vltimus suę gentis Rex appellatus. Polonorum vero Reges antiquitatem non longius, quàm à Pyasto rustico repetebant, cuius tamen postèri vix imperarunt annos sexcentos, hos acceperunt Sagellones à Lituaniæ ducibus, qui tamen Piastis, nec antiquitate nec rerum gestarum gloria comparari possunt; Italiæ vero Nobilitatem Veneti sibi Iure merito vendicant, nec tamen eorum nobilissimus, vt ab extrema memoria stirpem eruant, ante annum septingentesimum maiores appellare potest, proximi sunt Columnæ, Vrsini, Sauelli, Victorij de quibus Illustrissimus Ioannes Baptista triumphat Comites Romanæ nobilitatis reliquiæ, quibus nec Estenses, nec Gõzagæ, comparandos se putant, Medicei de Virtute, non de generis antiquitate gloriantur. Familia Guicciardina antiqua, & nobilis rerum ge-

ſtarum gloria celebris, prudentia, & diui ijs ſemper abundauit, in adminiſtratione Florentinæ reip. in excellentiſsimis legationibus obeundis, in hiſtorijs conſcribendis ſemper effloruit. Viuunt nunc Heronymus, & Petrus fratres, qui Priſcę, antiquitatis exemplar, ac imaginem retinent. Genuenſes Fliſcam, Spinulam Grimaldam & Auriam ſummopere cōmendant. Ex familia Fliſca ducenti, & āplius Epiſcopi, quam plurimi Abbates, triginta quinque Cardinales, duo Pontifices, ex Spinula vero triremium, ac magnarum claſsium Præfecti, regiarum & Imperialium exercituū Imperatores exierunt. Sed Aurię nomen, ac familiæ ſplendor, & dignitas, cum omnibus Italiæ conſiſtere poteſt; nam vt omnia miſſa faciamus, quæ de hac nobiliſsima familia dici poſſent, ſatis eſt vt ab autoribus fatali nomine nuncupetur, altiori quadam fortuna nata, vt hoſtes in maritima pugna facillime vincat, ac ſuperet. Satis etiam conſtat Patricios in omnibus Italiæ vrbibus, quę in ſtatu populari floruerunt, aut crudeliſsimæ cæſos, aut bonis amiſsis eiectos, In Gallia quidem, & Hiſpania gens omnium antiquiſsima leuarum eſſe creditur, clariſsimo teſte Franciſco Valerio, qui Patriciorum antiquas origines conquæſiiſſe dicitur, Leuæ tamen ſuum genus ad leuitas referunt, quemadmodum Reges Abiſsinorum ad Iſraelitas, ſic enim Patricios appellant, qui tamen antiquiſsimas ſuorum origines non de

finiunt. Igitur soli Hebræi antiquitate certissima populis omnibus præstant; nemo tamen suam tribum nunc ciere potest, sed omnes inter se confusi stirpem agnoscunt, ramos ignorant, gens vero Sacerdotum, quæ nobilitatis summum decus ab Arone repetens duobus annorum millibus, ac trecentis floruerat, Gotticis, ac Vandalicis cladibus creditur interiisse non sine magnæ diuinæ vltionis argumento. Verum ergo est, quod dicit Bodinus, neminẽ ab extrema memoria repetere posse nobilitatem.

De differentijs saporum
Cap. XV.

SApores sunt septem isti: Acerbus, siue Ponticus: Austerus, siue Stipticus: Alcidus, siue Acetosus: Dulcis, salsus, Amarus, Acris; octauus vero, qui insipidus, id est, sine qualitate dicitur; potius priuatio est, quam quod ipse saporum speciem referat: At pinguis, & vinosus ad dulcedinem referuntur. Cognoscuntur autem hoc modo, vt ait Montanus. Nam cum aliquod gustui offertur, vel illud percipietur constirpare, inæqualitatemque reddere magnam: si id validissime fecerit ita, vt humorem linguæ exhaurire videatur appellabitur hic sapor acerbus, vel ponticus, indicabitque in hoc medicamento substantiam ter-

restrem plurimā inesse, quæ parum admodum à calore exococta fuerit: Ideo frigidum, & sic cum merito erit: Quod si moderate consti-pet, & exasperet, sapor iste austerus vocabi-tur, indicabitque substantiam terrestrem qui dem frigidam, & siccam in hoc simplici medi camento dominari, minus tamen, quàm acer-bus: acrius enim iam concoxit calor: Si vero quod gustui offertur, constipet quidem leui-ter, sed penetret ad profundum linguæ, & sen-sum mordicationis, & tanquam incisionis in cutiat, sapor hic acidus appellabitur: Exem-plum acerbi experiri debemus in mespilis im maturis, & pyris immaturis syluestribus, & re liquis huiusmodi: exemplum austeri myrthis & gallis maturis in rhu obsoniorum, in corti-ce granatorum, in sumach, & cæteris: exem-plum acidi in ophacio, id est, succo vuę imma turæ, in prunis immaturis, in limonibus, aran cijs, in quibusdam granatis; Sapor acidus in-dicabit substantiam terrestrem non adhuc excoctam à calore quadam tenus tamen exte-nuatam, quę plurimo humori aqueo sit ad-mixta, ideo talis quoque medicina refrigera-bit, & exsiccabit, parcius tamen quam vtraq; superiorum, præcipueq; imbecillior erit in ex siccando. At si gustui res oblata leuiter applau dat, suauiterque linguam veluti palpet, & ob lectet eam ad nullum excessum trahendo, dul-cis sapor appellabitur, indicabitque siccum terreum moderate elixatum, & non adustum, cum

cum humore interdum aqueo, interdũ aereo, Ergo moderate calefaciet, nec multum humectabit, aut exiccabit: imo quod tale erit in substantiam corporum facile vertetur alimentũque fiet; & sem.per huiusmodi effectus à saporibus dulci continget, si simplex fuerit si vero alij saporibus adiungator, vt acri acerbo, insipido mixtos quoque effectus producet. Si vero quod linguæ offertur plane mordicet, & tanquam erodat, videaturque ad profundum penetrare, & quendam sensum caloris inducere, saporis salsus vocabitur indicabitque siccum terreũ in humido aqueo à plurimo calore iã esse assatum, & attenuatum: tale igitur medicamentum calefaciendi. & exiccandi vim habebit, & ad profundum penetrandi propter plurimum aquei humoris illi admixtum. At si quod gustui offertur, quidpiam in lingna abradere videatur, & liquefacere, amarus iste sapor appellabitur, indicabitque longe maiorem assationem, attenuationemque sicci terrei à copia caloris factam quam in salso contigerit: propterea, & maiorem calefaciendi, exiccandique vim habebit: Quod si gustui oblatũ nõ mordicet tantum linguam, sed inflammet, ac veluti adurat, sapor hic acris, vel acutus dicetur indicabitque siccum terreum à calore exquisitissimè attenuatum, & pene ad ignis, naturam conuersum. Ideo summæ calefaciet: & exiccabit, quandoque, etiam per cõtrarium aduret, & liquefaciet: Vltimo quod

nullum

nullum ſenſum guſtui affert, nihilque magis, quã àqua facit, inſipidus, ἄποιος Græce dicitur, ſi tamen ſapor vocari debeat, qui nullũ ſaporem, reddit. Exempla autem, in quibus debemus exerceri erit quidem exemplum ſalſi, ſal, nitrum: amari vero absynthium, aloe: acris vero, vel acuti piper, euphorbium: reliquorum exempla ſuperius diximus: De ſapore vero pingui nihil aliud dicemus, niſi etiam eſſe remiſsiſsimum dulcedinis gradum, indicabitque hic ſapor ſubſtantiam modice calidam & humidam: eſt enim in ea plurima ſubſtantia aerea humida cum minimo ſicco terreo: Vinoſum autem Doctores reijciunt tanquam qui nullum nobis certum gradum, & genus offerat: ſed admodum diuerſum:

Quis fuerit omnium acutiſsimus

Cap. XVI.

SVnt qui Homerum ingeniorum fontem, & doctrinarum parentem appellent vt inquis fonſeca in eaque ſententia videntur eſſe, vt putent illum mortalium omnium ingenioſiſsimum fuiſſe, eamque ob cauſam merito Magnum Alexandrum, cum vnguentorum ſcrinium, quod erat auro gemmiſque pretioſum, inter ſpolia Darij Perſarum Regis inue-

niſſet

nisset, variosque eius vsus amici demostraret; librorum potius Homeri custodiæ deputasse; nempe vt preciosissimũ humani animi opus, quam maxime diuiti opere seruaretur. Fauet ei sententiæ, quod Homerus & si obscuritate generis, ac nominis dum viueret, ignotus fuit, adeo tamen ingeniosum opus reliquisse iudicatus est, vt post eius obitum septem clarissimæ vrbes magna contentatione de eo sibi vedicando ciue certarent. Verum ea ingenij laus non vt in hominem Philosophum conuenit, sed vt in Poetam omnium(saltem quos Gręcia vidit] ingeniosissimum. Qua de causa Aristoteles nunc illum oculatissimum, nunc præcipua laude dignum, nunc etiam præ cæteris diuinum appellat. Quamquam enim plurima Philosophiæ semina per totũ opus suũ sparsit, eo tamen nomine præcipuè celebratur, quod in omnibus Poeticæ artis partibus excelluerit. Quo circa Plato cum sæpe alibi Homerum miris laudibus extulisset, in decimo tãdem libro de republica plane asserit, atque adeo late confirmat, illum nec diuina, nec humana, docuisse, sed esse more Poetarum omnium, qui Tragœdiam scripserunt, caput, & principium. Atque id sensisse eos, qui Homerum videntur omnibus præferre, ex eo constat quod alias Aristotelem summũ in omni sciẽtia virum; alias, virum immensæ subtilitatis appellent. Alij forsitant dixerint primas ingenij partes tribuẽdas esse Hippocrati Coo, idq;

tanquam

tanquam Philoſopho, quod eius dogmata adeo firma, & certa ſint, vt cum ſingula pene verba Philoſophicum aliquod myſterium cótineant, à nemine tamen totis iam bis mille annis, vel minima ex parte conuelli, aut erroris argui potuerit. Sed Hippocrates, & ſi egregie philoſophatus eſt, atque in ijs rebus, de quibus diſſeruit, nullus Philoſopharum, aut verius aut breuius, aut grauius ſcripſit, ea tamẽ ſola tractauit, quæ ad Medicinam pertinent. Cum vero omnium veterũ de ea re ſcripta, & vulgatas multorum ſententias mirabili iudicio, delectuque collegerit, & plurima, vtiliſsimaque humano generi per ſe ipſe inuenerit, atque obſeruauerit, denique Medicinam ab alijs minus perfectè traditam, a ſe autem optime conſtitutam, & digeſtam, ad Ariſtotelem tranſmiſerit, non dubium eſt, quin ea in re Ariſtoteli ſit anteponendus. At nos quærimus ingenium omnium Philophorum, in tota Philoſophia prẹſtantiſsimum, quale Ariſtotelicum fuiſſe Fõnſeca contendit. Atqui Socrates, qui Platonis, Ariſtotelis, multorumq; aliorum inſignium Philoſophorũ præceptor extitit, & in Philoſophia penè parens, iure ſibi primas ingenij partes videtur vendicare. Namque multiplex illius ratio diſputandi, rerum item varietas, & ingenij magnitudo Platonis memoria, & literis conſecrata plura genera effecit diſſentientium Philoſophorum. A Socrate enim, quod ex illius, varijs & in

omnem partem diffusis alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt, quasi familiæ dissentientes inter se, & multum disiunctæ, & dispares, cum tamen omnes se Philosophi Socraticos, & dici vellent, & esse arbitrarentur. Hinc Plato quicquid scit: Socrati videtur attribuere, nec fere vsquam sententiam suam, nisi Socratis ore profert: tametsi Socraticæ modestię causa, & miræ obseruantię, qua Socrates fuit in verum, rarò admodum illum aliquid asserētem inducit. Hinc Aristoteles affirmat, vsque ad Socratem rudem fuisse Philosophiam, eumque primum vniuersalia inuenisse, res definire cœpisse, & Moralem Philosophiam tradidisse. Quod si Delphicis, oraculis, quæ erant totius Græciæ celeberrima, fides aliqua habēda est (sæpe enim Cacodæmones vt fidem apud homines conciliarent, vera nonnulla prædicebant) quis nesciat Pythię oraculo numerose pronunciatum.

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτην σοφώτατον

Ita non immerito uidetur Cicero modo illum, Philosophiæ parentem appellare, modo Philosophorum Principem, alias, eum qui primus e celo Philosophiam deuocauit, & in urbibus collocauit. Sed vt demus Socratem ingenij acumine omnibus Philosophis, qui ad eius ætatem Philosophiam tradiderunt excelluisse (quod Plato, & Aristoteles videntur iudicasse) certe quod sapientissimus Philosophorum, & habitus, & vocatus est, non ad inge-

nium, sed ad vitam, & studia videntur referendum Socrates enim, vel quia in naturalium diuinarumque rerum cognitione parum se profecturum sperabat, vel quia in vita, & moribus multo plus operæ, ac præsidij, quam in cognitione rerum à nostris sensibus remotarum, ponendum esse consebat, redictis studijs naturalis, ac diuinę Philosophiæ, totum se ad morũ doctrinam conuertit, quam usque ad eam ætatem Philosophorũ pro dignitate coluerat. Atque hæc ipsa est Philosophia, cuius ille parens dictus est, & in qua Philosophorũ princeps iudicatus. Id, quod non tam dictum, quod omnium optimè morum scientiã tradiderit (sepius enim, quam alij plerique lapsus est in ea re Socrates) quam quod eam primus inuenisse conseatur, eique primus se totũ, cõsecrauerit, & omniũ studiosissime vitã, & mores ad eius normam accomodauerit parumque fore ratus, si se ipsum meliorem redderet, passim per vicos, & porticus mortales omnes, ad virtutum cognitionem, & amorem publicis disputationibus, priuatisque colloquijs, ac vitæ exemplo inflammare non destiterit. Denique hac de causa dicitur ille Philosophiam de cœlo deuocasse, & in vrbibus collocasse. Nam quod ex eius vario: & multiplicis disputandi vsu, varijs ac dissentientibus Philosophorum sectis auctor fuit, non tam in laudibus ingenij quam in studio veri ponẽdum est, quo ille ductus

ctus

ctus nullam in partem se non flectebat disputando. Quin etiam ea Philosophandi ratio non nihil imminuit laudes ingenij, simulq; ansa n præbet insimulandi arrogantiæ eos omnes, qui illam amplexi sunt, quasi veriti sint, ne si aliquid assererent, muttos inuenirent, à quibus ipsorum sententiæ refutarentur.

Vt enim magni ingenij non est, in quauis re hęrere, ac vacillarę, sed potius certis positis principijs tramitem veritatis, quæ vna est, & sibi vbique consentiens studiosè persequi, ita non est satis modesti animi id vereri affirmare, quasi suum de quo, tanquam de propria sententia reprehendi possit, tametsi Socrates apud Platonem veri inueniendi causa passim optat, vt ab ijs, cum quibus disputat, coarguatur, omnibusque suadet, vt eundem animum induant. Itaque de solo Platone, & Aristotele reliqua nobis videtur controuersia. Latini enim haud difficile veteribus Græcijs ingenij gloriā concedent. Ac Platonem quidem hac in causa Aristoteli esse præferendum ex eo contendunt plerique, quod dubium non sit, quin Plato multo acutius videatur perspexisse res lōge positas à nostris sensibus, ad quas Aristotelici intellectus acies non satis pertingebat. Multo enim plura scripsit Plato de diuinis rebus, vnde hic Diuini, ille Dæmonij cognomen inuenit. Deinde nequaquam Aristoteles viginti annos Platonem audiuisset, nisi ab eius ingenio superari suum perspicue cognouisset. Iam

Plato,

Plato, quod Græciæ ingenijs non satiaretur: longissime peregrinatus est. Aristoteles vnicũ Platonis ingenium satis esse putauit, ut ex eo proficeret. Denique ornamenta illa ingenij, quæ in orationis splendore, & eruditione posita sunt, in Platone magis, quàm in Aristotele eni tuisse, nemo, inquiunt, dubitauerit, ita omnia sunt plena lectione antiquitatis, ita ornata, & polita, ut non sine causa de Platone dictum sit, Iouem, si Græcè loquatur, non alio quam Platonico sermone vsurum: His pene, atque alijs argumentis adduci pòtuerunt duo præcipua, ut plerique iudicant, Latinorum ingenia, Marcus Tullius, & D. Augustinus, vt Platoné Aristoteli vbique præferrét. Ita enim Aristotelem admirantur, vt Platonem semper excipiant. Hæc tamen nihil obstant, quò minus Aristotelis ingenium Platonico anteponamus. Vt enim mittamus reprehensionẽm illam nihil asserentium (æque enim in Platonem, atque in Socratem conuenit, tametsi vterque pauca quędam se scire professus est) quę nam quęso, pars Philosophię, seu ars ingenua extat, quæ é Platone omnibus partibus absoluta sit? Enituit quidem in illo (quod negari non potest) magna multarum rerum scientia, liberaliumque artium insignis quædam exercitatio, & peritia, sed quam scientiam, aut artem ipse in suis libris perfectè tradat, omnibusq; numeris absoluat, quem instituat ac via, & ratione in scientia vlla promoueat,

demonstrare nemo potest. Quod si scientię signum est docere posse quæ noueris (quod pronunciatum Plato ipse in priori Alcibiadæ, & Aristoteles initio huius operis vsurpant) summique ingenij, ea omnia que Philosopho digna pro humano captu sis assecutus optima ratione tradere, conijcere hinc possumus Platonem præstantis admodum ingenij fuisse, quippe qui alijs plurima Philosophiæ secreta egregiè tradiderit At. vt summi Philosophj, primique ingenij titulum meritus sit, omniaque ita docuerit, vt à primis initijs orsus, ipsam naturam facientem in vnaquaque re tradenda imitari visus sit, id quidẽ Aristoteli iure tribuitur; Platoni autem concedere, nec debemus, nec possumus. Quid enim Aristoteles nõ multo absolutius, quàm Plato tradidit? Nam, vt omittam, quæ ab illo iacta sunt Mechanicarum artium pręclara fundamenta, Poeticæ item, quæ penè vulgaris res est, grauissimam explicationem, certe Oratoriæ artis naturam, partes omnes, præcepta, ac vsum, omnium, qui vnquam scripsesunt, ingeniosissime tradidit. In Dialectica veto arte etsi inductiones, & quædam definiionum initia Socrati, ac Platoñi tribuũtur; totam tamen ratiocinandi disciplinam, qua in parte tota penè vis, ac difficultas artis popta, estadiuncta etiam locorum doctrina, ipso sirimus, & inuenit, & ita persecutus est, venemo post eum quicquam, quod alicuius mo-
menti

menti ſit, adijcere potuerit, Philoſophia verò demoribus: quam multi inuentam à Socrate, à Platone excultam aſſerunt: ab vtro, quæſo verius, caſtius ingenioſiusq; & ad vſum acomodatius tradita eſt, vtram vtiliorem iudicaeit Chriſtiana reſpublica, quæ diuiuo numine edocta ſincerisſimam de vita, & moribus doctrinam profitetur? Iam in naturali Phllosophia, nemo eſt qui Platonem longé inferiorem fuiſſe non fateatur; tanta enim ſtu tamque profunda in omni rerum naturaliom genere Ariſtotelica doctrina, vt quod nebis natura inuidiſſe, ac occuluiſſe videri poteſt, ipſe vnus inueniſſe & aperuiſſe videatur. Ac concedatur (inquiunt) Ariſtoteli, naturæ cognitionem, certè Plato de diuinis rebus, (quod erat primum contrariæ opinionis caput) plura ſcripſit, & reconditiora. Verum ſi haberemus omnia Ariſtotelis volumina, id forſitam concedendum non eſſet. Namque Laertius refert ſcripſiſſe Ariſtotelem tres libros de Philoſophia, qui ad nos non peruenerunt. Cicero in primo libro de Natura Deorum quædam de Diuinis rebus citat ex Ariſtotele in 3. lib. de Philoſophia nomine tertij quæ in hoc opere non habentur. In ſecũdo etiam libro vtitur argumento Ariſtotelis, ad diuinam prouidentiam confirmandam, quod in libris qui extant, non legitur. Euſebius quoque Cęſarienſis lib. 11. & 14. de præparatione Euangelica inſerit, quædam frag-

menta libri septimi, & octaui de Philosophia Aristotelis, & alibi ex eodem authore citat, quæ, etsi ad primam Philosophiæ doctrinam pertinent, non tamen reperiuntur in hoc opere. Taceo librum de mundo ad Alexandrũ; qui si ab Aristotele editus, vt quidam boni auctores existimant, satis indicat Aristotelem multa de diuina natura, de beatis mentibus, de prouidentia, de animarum immortalitare & alijs huiusmodi rebus fusius scripsisse, quæ in illud quasi compendiũ faciliori, & gratiori stylo, prætermissa etiam disputationum molestia, in gratiam Regis collegit. Non desunt quoque ex recẽtioribus, qui verisimile putẽt, libros quatuordecim, qui de secretiore parte diuinę sapientiæ secundum Aegyptios inscripti sunt, & ex Græco in Arabicum primo cõuersi tempore Leonis Decimi in Bibliotheca Damascena inuenti referuntur, Aristoteli esse ascribendos, qui si ab eo conscripti sunt, nihil iam reperiri posse existimant apud Platonem, ex Philosophia externorũ desuwptũ, quod accuratius etiam ab Aristotele traditũ non sit. Atque hos libros suspicantur ijdem significasse D. Thomam in opusculo de vnitate Intellectus contra Auerroem, cum testatur se vidisse, quatuordecim libros Aristotelis de substantijs separatis, nondum, in latinum cõuersos, qui continerent explicationem multarum quæstionum de Deo, & anima rationis partecipe, quę in Physicis, ac Metaphysicis

non ſatis videbantur explicatæ. Nos tamen quibus hoc veriſimile non videtur, libenter quidem concedimus Platonicis, plura de diuinis rebus Platonem ſcripſiſſe, verum illud adiũgimus, dubium non eſſe, quin Plato plura etiã in eo genere peccauerit, vt proprijs locis facile erit intelligere, At præſtat, vt ipſe in Theeteto ait; Pauca benè, quàm multa male definire. Qua in re ingenij Ariſtotelici præſtantia iuſtius commendari poteſt, quod ea pauca, quæ ſcripſit de diuina natura, cęteriſque ſubſtantijs à materia ſeparatis, adeò egregia ſunt penè omnia, vt nullum propè dogma de ijs rebus à Theologis vſurpetur (ſi tamen naturali lumine compertum ſit] quod illi e libris Ariſtotelicis non hauſerint. Itaque parum refert, quod Platonem eius ſectatores Diuinum, Ariſtotelem vero Dæmonium, quaſi medij cuiuſdam ingenij inter diuinum, & humanum appellauerint. Nec enim id recte ex eo colligas, quod ille plura de diuinis, quam Ariſtoteles ſcripta reliquerit: niſi verius, & acutiùs de ijs rebus ſcripſiſſe confirmes. Quod vero Ariſtoteles Platonis ingenio contentus fuit, Plato autem plura cognoſcendi cauſa multas regiones peragrauit, ad ſciendi ſtudium potius, quam ad ingenium referendum eſt. Quin ſi Plato ex tam longa peregrinatione, tantam externæ Philoſophiæ cognitionem in Græciã reportauit, quid opus erat Ariſtoteli, vt Philoſophiæ cauſa peregrinaretur, relicta Platonis

Academia, & familiaritate aliorum insigniũ Philosophorum, socratis olim discipulorum, eo presertim tempore, quo magis, quam vnquam alias Athenæ Philosophiæ studijs floruerunt. Ad id vero, quod extremo loco pro Platone afferebatur, non negatur dandam esse Platoni palmam eloquentię, quod is in ea re magis se exercuerit: Aristoteles verò, etsi mirabili proprietate, ac grauitate verborum vsus est, tamen intelligentiæ rerum studiosius incubuerit. Id quod Aristoteles non obscure significat 2. Politicorum libro. Socratis, inquit, sermones [hoc est, Platonis vbique socratem inducentis] nimis elaborati sunt, & compti, vtqui rerum nouarum, inquirendarum studium præ se ferant: sed difficile fortasse est recte omnia præstare, quasi dicat, adeò studiose consectanti orationis splendorem, difficile esse rerum etiam perfectam cognitionem cõsequi. Quod vero attinet, ad ea lumina orationis, quę in eruditione posita sunt, nemò inferiorem fecerit Aristotelem, qui eius scripta perlegat, nisi quod enitet magis eruditio, & varia multarum rerum notitia Platonici sermonis lepore condita. Id, quod in causa est, vt non pauciores humanarum literarum professores, quam Philosophi sibi, quasi iure suo Platonis lectionem vendicent. Denique cum Cicero, & D. Augustinus Platonem excipiunt, nisi alia loca inuenirentur, quę magis Platoni fauerent, dici posset, id eos non iudi-

cij faciendi, de vtroque, ſed potius declinandi cauſa dixiſſe, vt qui nullam de Platonis ingenio ſententiam ferre voluerint, Ariſtotelem omnibus anteponentes, quicquid omnino de eorum comparatione dicendum videretur. Verum cum illi quibuſdam alijs locis perſpicuo iudicio Platonem Ariſtoteli præferant; reſpondendum eſt, non mirum id eſſe cum ambo Platonem, non ſolum doctrinę cauſa, ſed magis forſitan eloquentiæ ab ineunte ætate velut Præceptorem ſummo ſtudio coluerint: Ariſtotelem verò ſerius, ac leuius, & ſolius cognitionis rerum cauſa legerint: quamquam vix cauſa hęc ad D. Auguſtinum deferri poteſt, qui parùm admodum in lectione Ariſtotelis verſatus fuit. Itaque non eſt, cur Platonis ingenium, propter eorum iudicium Ariſtotelico anteponendum ſit, prę ſertim cũ reliqua ferme Philoſophorum ſchola reclamet, eorum præcipuè, qui vtrumque Philoſophum diligenter, & conſiderate euoluerunt. Satis nobis ſit, quōd Cicero Platoni addictiſſimus nunc maxime admiretur Ariſtotelem, nunc illum dicat virum ſingulari ingenio, dicendi etiam copia, & ſuauitate incredibili: alias nihil eo fuiſſe acutius, nihil neruoſius, nihil in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrius. Quibus eiſdem penè titulis illum inſignem facit pleriſque locis Auguſtinus Platonici nominis non minus ſtudioſus. Satis igitur videtur confirmatum eſſe, ingenium Ari-

stotelis cæterorum omnium Philosophorum ingenijs esse præferendum. Quin etiam addit fonseca, non de esse magnę authoritatis viros, qui Aristotelem ingenij causa prętcr modum laudibus efferant. Nam, vt alios omittā Philoponus egregius auctor nō solum asserit, Aristotelem nullam partem Philosophiæ imperfectam sua explicatione reliquisse, propriaque fretum solertia vniuersam castigasse, optimisque præceptis instruxisse, sed etiam in ea humanum captum excessisse. Auerrces item qui ab eius diligenti explanatione commentatoris cognomine appellatus est, operis Aristotelis præstantiam admiratus non dubitat hoc elogio Philosophum commendare, Vnum esse Aristotelem, qui credi debeat regula, & exemplar à natura exhibitum, in quo summa perfectio, quę homini in mortali vita degenti naturaliter contingere potest, eluceat, ac demonstretur; tantam ingenii vim miraculum quoddam esse, eumque, qui hac mentis felicitate pręditus est, diuinum magis, quam humanum esse; Quę laudes etsi modum excedunt, eò tamen à nobis commemoratę sūt, vt intelligas, quantum veteres Arictotelis ingenio tribuerint. Hippocrates in Medicina solum. Homerus in Poetica, Plato nullam authoritatem, Aristoteles in Philosophia vniuersa, in Mediciua, in legibus, ac in Theologia maximam habet. Nos si hac iucunda luce perfuemur, ostendemus Aristotelem in omni re excelluisse,

celluisse, in nulla re errauisse, præcipuoas, & excellentiores leges, ex eius doctrina deprõptas Rhetoricam, & Poeticam, ei maximè debere, eloquentissimus enim est habitus; ita ut eum Cicero aureum flumen eloquentiæ appeller, & dicendi copia, & suauitate incredibilem, singulari ingenio, & pene diuinum, vt acie mentis omnium rerum vires, & naturas penetrauerit; Tandem, nullus est, qui cum eo comparari possit, & profectò nemo tam accuratè, & amplè de omnibus rebus scripsit, & quod mirabilius est, eo ordine quo nihil excellentius inueniri potest.




DE

DE CVRIOSA DOCTRINA

LIBER SECVNDVS.

De Mentis excessu, & an per illum possit quis aliquid cognoscere.

Cap. Primum.



Ripliciter potest mens hominis eleuari. Primo potest eleuari intellectus supra lumen naturale illustrando phantasmata, & imagines sibi obiectas, in quo mens non est aliena à sensibus interioribus, & hoc proprie dicitur excessus mentis, in quantum lumen supernaturale excedit, lumen natnrale ipsius intellectus agentis. Secundo potest eleuari mens, per altius lumen cum alienatione ab omnibus sensibus, non solum exterioribus, sed etiam interioribus, vtendo solum intellectu per species intelligibiles, quas abstraxerat, aphantasmatibus & imaginibus prius obiectis, in quibus contemplatis ipsa voluntas delectata conquiescit per

aliquam moram, & tunc dicitur esse, in quadam extasi:Sic enim dicitur quidam status hominis contemplatiui existentis alienati quasi extra seipsum. Ter. modo potest multo altius eleuari intellectus, cum magna violentia, ab ipso spiritu sancto, vsque ad visionem diuinæ essentiæ, quę quidem eleuatio dicitur raptus ratione violentię, & ratione termini, & ratione superioris naturę, per quam eleuatur. Verum tamen quoniam hęc supernaturalia sunt, & ipsis solis Prophetis, & quibusdam aliis Dei amicis, non sine mysterio acciderunt, mitla faciemus. Quærimus in pręsentia, an detur aliquis excessus mentis naturalis, quem dico dari, sed à multis non cognosci, neque à multis posse comprehendi, quod experientia probatur. Nam hominibus, qui mediocriter naturalia sciunt, aliquando noctu inter somnũ & vigiliam manentibus multa intellectui difficillima, pulcherrimaque obiiciuntur, tam cognitu facilia, quàm si extra talem contemplationem existerent, difficilia. Verum faciliter ex memoria labuntur, & homines non nisi in confuso recordantur. quare necesse est, hominem in hoc se se exercere; nam huic rei accidit, quod aliis scientiis contingere solet, quæ non subito, sed temporis progressu comparãtur. Et siquis expeririri velit, præsuppositis tamen scientiis, procul dubio brauium naturalium rerum facile attinget, non statim, quia

&

& homo, etiam alias ſcientias per breui temporis ſpatio non addiſcit, ſed habitus fit ex frequentatis actibus, qui, ſi huius rei cauſa ſępius, & ſepius fierent, tunc clariſsima, quæ prius incomprehenſibilia erant, circumſpiceret, multas veritates eliceret, dubia quam plurima euolueret. Modus iſtius rei eſt, vt lectum pauco cibo, & ab omnibus prophanis cogitationibus ſeiuncti petant, omnimodo talia contẽplantes, qualia iam aliquomodo cognouerint: Nam ſine illius rei, quam vult contemplari, cognitione, nihil efficiet. Sed, vt dixi, antequam perfecte quis ad hoc perueniat, cũ huiuſmodi exercitatione diutius eſt laborandum. Hac arte indicio meo, non diabolico ſpiritu, non ſacrilegi Agrippę documentis, neque Raimundi Luli inęptiis, Ioannes Picus, & alii, vt multi falſo contrarium aſſeruerint, ad literarum faſtigium peruenere. Nam ea eſt hominum natura, vt dum aliquam rem mirantur, & cauſas ignorant, in aliquod obſurdum incidant, vt cognoſci poteſt; nam multi Diabolum in annulis alligauere, & intrinſecè ſciẽtias non penetrauerunt. hoc autem melius noctu fit, quia tunc animus à tumultuantium rerum curis abiunctus, et externorum ſenſuũ functione vacans, aptior eſt ad ſcientiarum cognitionem hauriendam, & etiam quia ipſũ noctis ſilentium, maiorem erga cognoſcibilia reuerentiam conciliat. Quo vero tempore noctis fiat, dicimus; fieri id non poſſe, niſi ante-

quam

quam homo dormiat, aut postquàm dormie rit, quia tunc animus, aut nondum vaporibus in caput sublatis omnino oppressus sit, aut iis iam euanescentibus solutior, ac liberior fiat, Diu autem potest etiam fieri, sed alio modo: quia matutino tẽpore aliqui meditationum altitudine absorpti, ita obstupescunt, vt sensibus corporis alienati, mortui magis, quam viui videantur; nam Aquinatis Thomæ lectio adeo diligens, & pensiculata fuit, vt nec in proximo stante viderent oculi, neque interpellantium voces audirent aures. Et D. Augustinus Philosophiæ Chistianæ assertor Egregius dũ sanctæ Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens meditatur, ita à se ipso abscesserat, vt mulieri, quę illum quadam de reconsulere vehementer cupiebant, sępius interpellatus, nihil respnderet, imo ne respiceret quidem. Mulier denique quia se contemptam putauit, abiit tristis. Postero autem die; cum eum in Ecclesia Missam celebrantem àudiret, in spiritu rapta vĩdit de Trinitate disputantẽ, atque audiuit, id circo se illum die hesterno frustra adiisse, quod huiusmodi meditatione occupatus ipsam neque videre, neque omnino sentire potuerat ac proinde ne redrie dubitaret. Rediit, & quod pe[r]ierat consilium, sine cunctatione accepit, maiorique deinde reuerentia habere hominem cępit, quam antea habuerat, cum talia de illo sibi videre contigesset. Bernardus etiam Clarenallensis Abbas, qui

cum,

cum aliquando equum aſcendens fratres Car-
thuſienſes inuiſere perrexiſſet, & prępoſitus
eorum ephippio nimis decoro, illum uſum ar
guiſſet, quærere à Comitibus cæpit, quale equi
ſui ephyppium eſſet, neque enim aut inſiliendo
aut deſiliendo, aut etiam inſidendo animum
aduerterat, quale foret. Iterum prope ripam
Lauſanenſis lacus diei iter perfecerat, cumque
iam occaſo Sole ad hoſpitium diuertiſſet, &
fratres qui eum commitabantur, inter ſe de-
lacu ipſo verba iactarent, rogauit vbi lacus il
le fuiſſet, poſtquam audiuit, miratus eſt, ſeque
eum penitus non vidiſſe aſſeruit; nec tamē mi
rum videri debet, ſi rem oculi cernere non po-
tuerit, cui animus non attenderit, qui ſæpius
quidem cum deo, quam cum hominibus erat.
Veruntamen hæc non ſine ſpeciali Dei auxilio
hominibus accidunt, & qui in hac contempla
tione proficere vult', vitæ ſanctitate, me-
ritum ſibi comparare oportet. Scri
ptum eſt enim ſecundo Ec-
cles. Homini bono in con
ſpectu ſuo dedit Deus
ſapientiam, &
ſcientiam,
& lætitiam

Vtrum

Vtrum Polypus & Chameleon mutationem colorum ſubeant.

Cae. Secundum.

QVæri à quibuſdam ſolet non minus obſcura & difficili, quam curioſa & iucunda inueſtigatione, vtrum cum Polypus, Chameleō, & aliæ quædam animantes, rerum, quas attingut, colores exhibent, veram, ſubeant alterationem. Conſtat in primus experientia, refertque Ariſtotelis lib. 9 de hiſt. anim. cap. 37. Plin. libr. 9. cap. 29. Oppianus lib. 1. Solinus Polyhiſt. cap. 43 Lucianus in ſermone Menelai & Protei, aliique nonnulli, Polypum, cuicunque ſe petræ affixerit, eius colorem repræſentare, adeo, vt piſces falſa imaginatione deluſos, & vltro ſe prædoni offerentes deuoret, ſicuti teſtatur D. Baſilius homil. 7 de mundi opificio, & D. Ambroſius cap. 8. lib. s. Hexameron. Similiter compertum eſt Chameleontem reddere colores corporum, quibus inſederit, vt teſtatur Plutarchus in Sympoſiacis, & in commētatio de adulatione & alibi, D. Gregor. Nazianz. prima inuectiua in Iulianum, D. Auguſtin. lib. 11. de Trinitate cap. 2. D Iſidorus lib. 2. orig. cap. 2. Tertullianus in lib. de pallio, poſt Ariſtotelem lib. 2. de hiſt. anim

cap.

cap. 11. & lib. 1. Ethicor. vbi ait, si qui à fortuna pendeat, & cum illa subinde mutetur, futurum, vt veluti Chameleon quispiam identidē varietur, nunc felix, nunc miser, & vt cunque sors alio atque alio vultu respexerit, ita hic quoque uultum atque animum mutet. Tarandus etiam [animal id scytharum est, bouis magnitudine, bifida vngula, ramosis cornibus, ursino colore, capite ceruino simili, vt affirmat Plin. lib. 8. cap. 24. & Solinus Polyhist. cap. 43. cuicunque rei appropinquauerit, concolor ei fit, saxis, frutetis, floribus, denique sui coloris esse non libuit, sed alieni. Porrò autem, quod ad Polypum attinet, Plutarchus in lib. de causis naturalibus cap. 19. ait, Polypum carnem foraminibus, meatibusque complurimus distinctam habere, ideoque de fluxu atomorum, è marinis saxis ad se attracto, receptoque iis corpusculis vestiri, & eorum colore circumquaque persundi. Hæc ratio minime probanda est; Sapit enim Democritum dogma, vt aiunt Conimbricēses, asserens actionem rerum naturalium fieri per expirationē corporum ab agente, & receptionem eorundē in poris, rei, quæ patitur, quod Aristoteles in libro de gē. cōfutāt. Nā si ita res se haberet extenuarētur, & contabescerent corpora, dum vicissim agunt, ac perfectio illa, quam operādo obtinent, in eorum incommodum, & dispendium perpetuo cederet. Nec satisfacit Plutarchus aiens, illam atomorum emissionē

pe

peculiarem habere causam in re subiecta, propterea quod petræ littorales, cum assidua maris alluuione irrigentur, ac feriantur, frequẽter à se exigua frustula dimittunt. Nec enim verisimile apparet, ea frustula tam breui tempore sic Polypo aptari, & in hærescere, vt eum mox undique tam concinne vestiant, ac pingant, nec eadem alluuie, & salo huc iluc fluctuãte dilabantur. Adde quod Polypus etiam cũ se applicuit præduro saxo, quod eiusmodi defluxiones non admittit, eius colorem refert. Theophrastus causam huius mutationis reijcit in genuinam quandam animalis ignauiam & pauorem. Itaque Polypum transmutari cẽset eo pacto, quo homines, qui pro varietate perturbationum, metus aut iræ v.g. commotis spiritibus hoc, aut illo colore afficiuntur. Constat enim Polypum natura meticulosum esse, & trepidum, adeo, vt (quod testatur Athænæus] strepitu audito, aut viso piscatore omnino consternatur, nec cedat, aut fuga sibi cõsulat, vt reliqui faciunt pisces; sed saxis, quæ primo occurrunt, se applicet, & cruribus liget. Hæc Theophrasti responsio difficultatem minime soluit. Namque esto Polypus metu decoloretur, & pallescat confluentibus ad intima spiritibus, & sanguine; non tamen causa redditur, cur etiam nulla pauoris causa interueniente colore mutet pro subiacentium corporum diuersitate. Addit Plutarchus in libro quo differit, plusne rationis insit aquatilibus

bestiis, quàm terrenis, Polypum non trepidatione, sed ex industria sese transformare, & eum colorem quasi vestitum dolo induere, vt hoc stratagemate insidas moliri, prædam agere, non cauentibus obrepere, & dolum struentibus fucum facere queat. Quo artificio tantum proficit, tantum comparat alimenti, vt tametsi alioqùi stolidus habeatur, vt potè qui se vrinantium manu facile capi sinat, & ad eam adnatet; ab Aristotele tamen loco citato egregius oeconomus, ac rei domesticæ administrator appelletur. Quod ad Chameleontẽ spectat Plutarchus proximè loco citato ait, illum ex metu, vicinarum rerum colores assimulare; sed hæc opiniò coarguitur ea ratione, qua paulo ante aduersus Theophrastum de motu Polypi dictum est D. Augustin. lib. 11. de Trinit. cap. 2. videtur sentire; eam mutationem ex imaginatione nasci, quia nimirum Chameleon, cum totus pene in pulmonem abeat, & plurimo infletur spiritu, atque adeo ob corporis tenuitatem, mutationibus perquàm obnoxius sit, colores, quos apprehendit, imaginaturque sibimet imprimit. Voluntas, inquit, imaginem sensui impressam tantã vim habet, vt si admodum violenta sit, vbi non resistit pigrior, duriorque materies, visibilem speciem, coloremque commutet. Licet videre corpusculum Chameleontis, ad colores quos videt, facillima conuersione variari. Hæc D. Augustinus: Duo tamen sunt, quæ rationem
hanc,

hanc minus probabilem reddunt. Primum, quod non videatur imaginatio Chameleontis adeò: semper intenta, ac vehemens esse in apprehendendis coloribus, vt ad eos corpori imprimendos perpetuo efficax sit: & tamen si quando alijs in rebus imaginationi similes effectus, à quibusdam Philosophis tribuuntur, ij non ei semper, sed duntaxat, cum vehementer intenta est, quantumlibet materia idonea aptaque sit, tribui solent. Deinde Chameleō non omnes, sed tantum suppositi sibi corporis colores reddit, ac fieri potest, vt hos non concipiat, si nimirum alio dirigat aspectum. Item non repræsentat, aut vicinos, aut distantes, quos in alijs corporibus, quibus non insidet, contuetur; cum tamen hos imaginatrice facultate apprehendat: non est ergo putandum ab imaginatione hos ei colores indi. Quid igitur statuendum? certe facilius est, quæ alij dicunt impugnare, quam dicere, quæ alij non impugnent, aiunt Conimbricenses. Illud certum est, quod didicimus narratione eorum, qui Chameleontem in Africa, & Brasilia sæpe viderunt, nempe illum obscure admodum colores referre, & primo quidem obscurius, subinde maiori perspicuitate, ita vt paulatim in eo peregrinus color eluceat. Deinde aduertendum etsi Chameleon aduentitios colores repræsentet; vnum tamen sibi vendicare natiuum, ac proprium, colori lacertæ similem, qui tanto magis absconditur, quanto illi

viridius apparent. His positis placet ea, quæ videtur esse communior auctorum, qui de hęc re disseruerunt, sententia, nimirum tam Polypum, quam Chameleontem, alioqui similis naturæ, & ingenij animantia colores illos reddere, non quod ijs re ipsa imbuantur, sed quia cum habeant corpus rarum, & transmeabile, per id, tanquam per vitrum cernuntur rerum subiacentium colores, qui tamen, hallucinato aspectu, in ipsis animantibus videntur insidere; quemadmodum, & vitrum rebus coloratis impositum pingi videtur coloribus, qui per ipsum translucent. Huius rei argumentum est, quod Chameleon, & Polypus, quod alijs id genus similiter accidit, subiectos duntaxàt colores referunt. Et Chameleon quidē tunc potissimum, cum aëre inflatur: referente Aristo. lib. 2. de hist. anim. cap. 11. videlicet quia tunc quasi aerius, ac magis rarus, & transluci dus euadit: sicuti, & polypus, vt testatur etiam Aristoteles lib. 4. de parte anim. cap, 5. dum timore vrgetur, quia tunc gelidus coit in præcordia sanguis, & color qui magis transparentiam impediret, euanescit. Hinc intelliges, quod ex Plutarcho superius retulimus, Polypum de industria se trāsformare mutando colorem ad insidias, verum non esse, cum ille siue insidietur, siue nō, subiecti Soli colores perpetuo repręsentet. Nec vero dictis, obstat, quod nonnunquam, saltem in Chameleonte, seu potius per Chameleontem, non statim à

prin-

principio colores distinctè apparent. Potest enim eius rei causa esse, quod tunc maiorem aëris copiam sensim hauriendo, paulatim fiat translucidior, & ad reddendũ colorem aptior. Nec item afficit quod Chameleon, teste Aristotele 2. de Hist. anim. cap. 7. pallescit, cum moritur, eundemque in posterum colorem retinet, nec reddit alienos. Id enim propterea accidit, quia ob caloris defectum concrescit eo sanguis, aliјque humores; atque ita amittit diaphaneitatem, qua colores translucebant

Quid sit Risus
Cap. III.

HOc certe minime est ridiculum, quod Philosophos non parum exercet, de quo est illud Ciceronis secundo de Orat. Quid sit ipse risus quo pacto concitetur vbi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat, vt enm cupien tes tenere nequeamus, quomodo simul latera os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus. Neque enim ad hunc sermonem hoc pertiniet, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi quidem illi seirent, qui profitentur. Hæc ille. In primis, autem, quod spectat ad obiectum risus, siue ad ea, quæ risum mouent, sunt, vt explicat Fracastorins in lib. de Sympathia cap. 20. res nouæ repentinæ, leues, ac ludicrę, habentes argutiam quã-

dam, & concinnitatem ad aliud; quales haben tur facetiæ, & quæ à mimis seu personatis repræsentantur, & extranea quædam subito, ac concinno quodam casu facta, vt si quis elegan ti gressu, & quasi per numeros incedens in lutum cadat. Gignitur autem risus hoc modo: Offerente se nobis re iucunda, & quę risum excitare queat, perfunditur animus. gaudio, & lætiticia, qua affectum, cor, moræ impatiens se se dilatat, magnaque sanguinis efferuescentis, & uitalium spirituum fit diffusio, ad quam musculorum thoracis, ac præsertim diaphragmatis motus sequitur, [est vero diaphragmá membranula quædam partim carnea, partim neruosa, præcordia à visceribus disiungẽs, quā Aristoteles de part. anim. 3. cap. 1, succinctu ram uocat, eiusque munus esse putat impedi re, ne uapores, qui è uentriculo attolluntnr, cor ledant] ad diaphragmatis autẽ agitationem, & porrectionem ex tenduntur simul musculi, qui à lateribus buccæ sunt, gestusque ille oris fit qui risus vocatnr' quo animi gaudium, & lætitia exprimitur. Erit igitur causa efficiẽs risus, principalis quidem anima; instrumentalis: appetitus, & virtus motum exequens, simulque effusio, sanguinis; & spirituum qui sunt quasi ante ambulones risus; finis, gaudij, seu lęticiæ explicatio: forma ipsa oris, ac facieę deductio. Ita vero hunc inmodum risus defi nirisolet. Risus est concitatior quidam

animi

animi ex re iucunda motus, ad conceptum intus gaudium. explicandum, quo thoracis & oris musculi impetu quodam mouentur, Sunt autem quidam ad visum procliues, alij seueri. Nam cum obiectum risus sit res noua: ij, quibus quid libet nouum videtur, vt pueri, & plebs, ex causa hac facile rident; non ita senes, & philosophi. Item quia obiectum risus est res iucunda, & læta, ducuntur assidue in risum ij, qui suopte ingento hilares sunt, quales ferè esse solent, qui plurimum habent sanguinem, & eum dulcem, uon biliosum, aut melancolicum. vt inquiunt conimbricenses.

Quid causa esse videatur, cur Galli stato noctis tempore expergefiant, & canant Cap. quartum

Consideratione est digna alituum gallorũ definitis in tempestæ noctis spacijs experectio cum cantu, Hos ait Plinius lib. 10 Nat. hist. cap. 21 excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno naturã genuisse. Norunt, inquit, sydera, & ternas interdiu horas cantu distinguunt: cum Sol e unt cubitum, quartaque Castrensi vigilia ad curas, laboremque reuocant: nec Solis ortum incauti patiuntur obrepere, diemqee venientem nunciant cantum, ipsum vero cãtum pla-

ssu laterum. Affrimat tamen idem Plinius lib. 26. cap. 4. si eorum collo circulus e sarmẽtis addatur, non canere: cuius rei fides penes, auctorem maneat. Licet vero id, quod asserit de distinctione temporis ex gallinacei cantu per ternas horas, fictitium sit, ut experimẽto ccmprobatum esse docet Scaliger Exercitat. 239. in Card. nihilominus, quid causæ sit, cur gallinaceus circa noctis medium canat, quod verum esse nemo ignorat; id inquã à multis quæsitum, à nullo fortasse hactenus inuentum. Omissis aliorum placitis, quæ videre est apud Scaliger. loco citato. Cælium lib. 16 antiq. lectionom cap. 13. Duæ sũt hac de re celeebriores sententiæ. Vna Democriti, vt refert Tullius lib. 2. de nat Deor. ai entis excitari tũc gallũ, & canere, quodquiete satiatus sit, ac mirificè recreatus, depulso de pectore, & in omne corpus distributo cibo: Altera existimanti gallum esse auem solarem, in eumque peculiariter solem influere, potissimum, cum post noctis medium ad nostrũ Orientem vergere incipit; idque in causa esse cur tũc gallus ex perrectus canat, quasi Planetæ suo congratulatus. Ex his duabus opinionibus, & si prima ad veritatem propius accedit, neutra tamẽ Conimbricensibus satisfacit. Non prima; quia non explicat, cur cæteræ cantatrices aues non eodem tempore excitẽtur & canant,: non secnda; tum quia liber- confugit ad coelestem influxum; tum quoe

ſæpe Galli ante mediam noctẽ cantum edūt, ſæpe multo poſt. Dicendum uidetur, vt ſingulis animãtium ſpecieb⁹ cõuenit peculiaris inſtinctus, & inclinatio orta à cæteris qualitatibus, & temperie vnicuique ſpeciei propria: ita gallinaeo ex ui natiui ſui temperamenti (quod præcalidum eſt, ac facile cibos digerit) competere, vt ei ordinarie circiter mediam noctem ſoluantur ſenſus; eodẽque tempore eidem à proprio phantaſiæ inſtinctu cantum, & alarum plauſum imperari. atque hanc eſſe tum expergefactionis, tum cantus cauſam Quare nihil mirum, ſi non idẽ accidat cæteris auibus, cum non omnes eodẽ temperamento, & inſtinctu præditę ſint.

De ijs, qui dormientes obambulant

Cap Quinctum.

Circa eos, qui ſopore affecti, è lecto ſurgunt & huc & illuc obeunt, quæret aliquis, num ſimpliciter experrecti dici debeant, an dormientes? Cum enim ſui compotes non ſint, dormire, vtique videntur. E contrario tamen quod non dormiant ſuadet ea ratio. quia ſi ij virtuti motrici muſculis inſidenti animales ſpiritus è cerebro communicant ad membrorum motum exercendum, cur non etiam eoſdem ſpiritus organis ſenſuum impertient

ad

ad sua obiecta dignoscenda? Atque ita versabuntur per id tempus sensus externi in opere & vigilia. Huius ce controuersiæ difficultatem Conimbricenses sic soluunt; Cum ad somnum requiratur omnium sensuum ligatio, & ad vigiliam sufficia vel vnius solutio, vt à nobis autea declaratum fuit: consendum erit, ijs, qui prædicto modo è lecto surgunt, non simpliciter inesse somnum, sed modum quendã somni imperfectum, & quasi dimidiatum, quandoquidem non est negandum, eos tactu etsi obscuro vti, dum terram pulsant, dũ se vestiunt, dum fores pãdunt, dum arma corripiunt, aliaque faciunt eiusmodi, quæ non sine aliqua tãgibilium perceptione exhibentur. Neque refert, quod interim sui compotes non sint: ad vsum namque rationis requiritur internorum sensuum solutio; quæ tamen non arguitur ex eo, quod aliqua externa facultas euigilet, & in opere versetur. Causa vero, cur ij, qui dormientes ambulant, & si nullo sensu externo perfecte vtantur, nihilominus actum virtutis motricis grauiter, perfecteque exerceant (sæpe enim longa spatia haud aliter, quàm vigilantes conficiunt: & vt cætera huius rei omittamus exempla, narrat Galenus 2. lib. de motu musc. cap. 4. aliquando se integrum ferè stadium dormiendo peregrisse) causa inquam est quia vt Vega in 3. Galeni de loc. aff. animaduertit, via, per quam cerebri facultas ad no-

tum pectoris, & artuum influuit, alia est & laxior, quam ea, per quam in sensuum externorum officinas illabitur. Quo fit; vt non æqualiter potentia motiua, & sensitiua exterior, à suis functionibus somno impediatur; præsertim cum imaginatio, quæ appetitum ad motionem excitat, sæpe in dormientibus fortior; ac vehemẽtior sit, vt potẽ cui tũc ratio non obsistat. Duo præterea aduertenda hic sunt. Alterum: vim loco motricem in ijs, qui dormiunt, non solum tunc cum obambulant operari, sed etiam cum decumbunt, haud omnino officio suo deesse: vt affirmat Galenus lib. 2. de motu musc. quandoquidem & tunc loquuntur; & paruum aliquod corpus flexis digitis deprehensum seruant, & inferiorem maxillam discedere à superiori non sinunt, nisi admodum defessi, ac torpidi sint; & aurem reciprocando attrahunt, reuocantque: quæ omnia non nisi ministerio, atque opera motoriæ virtutis exhibentur. Alterum: id quod diximus superius, eos, qui inter dormiendum ambulant, vti sensu tactus, non ita accipiendũ quasi interdum non aliquo alio sensu pariter vti soleant: cum Aristoteles 5. de gener. anim cap. 1. eisdem videndi actionem tribuat; cum item ij, qui inter dormiendum loquuntur, & ad interrogata respondent, audiendi sensu vtãtur. Nostra igitur sententia est, semper eo aliquo tactu vti, licet obscuro vt cunque circa aliorum sensuum functiones sese habeant

beant

beant. Sunt autem magna ex parte huiusmodi ambulones suopte ingenio inquieti, agiles, & multis se negocijs immiscentes, quos ardeliones vocant. Vnde ex nati ua sensuum viuacitate, cursitatio illa exoritur ut asserunt Coninbricenses.

De Cœnarum Generibus.
Cap. Sestum

Andreas Bacius, multa de cœnis collegit quarum aliæ publicæ, aliæ priuatæ, etiam Principum. ex publicis duæ præcipuæ, Spor tula dicta, & Recta, quæ officij, ac muneris gratia dabantur Magistratibus obeundis, in publicis que salutationibus. Sportula quidē specimen erat pusillæ cœnæ. Recta, quæ ple na, ac recto ordine in publica quapiam læti- tia à Principibus dabatur, ut Martial. ad Do mitianum adulatur. lib. 7.

Grādia pollicitus quanto maiora dedisti,
Promissa est nobis sportula, Recta data est

Suetonius de Augusto scribit cōuiuabatur assi due, nec unquam, nisi Recta. & in Nerone, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. Ex plubli cis cœnis multæ aliæ commemorantur, & in diuino cultu Capitolinæ, de quibus Liuius lib. 5. tribus Dijs sacrę Ioui, Iunoni, & Mi- neruæ, in stituto patrum in primis celebres quas extollit Martialis:

Non

Non Albana mihi ſit conmeſſatio tanti.
Nec Capitolinæ, pontificumque dapes,

Pontificię, de quibus Macrobius lib:3. cap.13 In cęna Pontificali duobus lectis decem Pōtifices accubuerunt in tertio, tres Virgines Veſtales Augurales, Cicero ad Gallum lib. 7. in eos cum iacidiſſem, in cęna augurali apud Lentulum, quę & Adycialis cęna dicta videtur, in qua videlicet ſemper aliquid, veluti maiori luxu adijciebatur. Item & Dapalis, ut Feſtus, multis opulenta, ac magnificè dapibus inſtructa. Saliares cęnę à Salijs Martis Sacerdotibus inſtitutæ Apuleio teſte lib. 9. Amplè Cicero ad Atticum lib. 5. cum opipare ſaliarem in modum epulati eſſemus. Cereales cœnæ, in quibus ſacrificijs nefas eſſet cū vxore concumbere, aut vinum in cænis adhibere, quę & Nephalia feſta videntur eſſe dicta ſuidę, & Feſto, vnde Plautus Auluh. Magado eum illudit Cereri nuptias eſſe facturū, quod nihil vini fuiſſet adlatum, Populares populo datæ, vt in triumphis, in templi dedicatione & in communi lætitia, quales, & Saturnales plebi communes, & ſeruis, quibus ſolemne erat mactare porcum. indicat Martialis, in Apophor.

Læta tibi faciet bona ſaturnalia porcus,
Inter ſpumantes ilice paſtus apros.

Triumphales, Plinius lib. 14. cap. 15. Caius Cæſar Dictator triumphi ſui Cæna, vini falerni amphoras centum, Chij cados centum

in

in conuiuia distribuit. Nuptiales Apuleius lib. 6. Nataliciæ cęne in vndecimo de Antonio, hodie non descendit Antonius, dat Natalia in hor tis. Ferales cænę, quibus epulæ à Feralibus in mortuorum sepulchra inferebantur, ac funesta omnia. Complures præterea Solemnes legũtur, certis anni temporibus, ac diebus, vt Saturnalibus festis. Decembri mense Bacchanalia, Nouembri Feralia, Februario maiori mense, Maio, Iunio &c. In Bacchanalibus erant Binophalia, apud Arnobium descripta, & multæ alię, quæ consulto omittuntur. Multę leges leguntur de parsimonia in epulis tam publicis, quam priuatis, vt Fannia lex, Fannio, & M. Valerio Conss. Deinde licinia, postea Sulana, Aemilia, Orchia, Didia lex edita, de quibus ex Aulo Gell. accurate scripsit Vrsinus antiquarum rerum obseruantissimus. In priuatis vero cęnis antiquior videtur illa lex, quam Macrob. retulit lib. 3. cap. 17. De cænis, inquit, & sumptibus imperari cępit, vt patentibus ianuis transitaretur, ac cęnaretur, vt non solum, qui prandia, cęnasue maiore sumptu fecissent, sed etiam, qui ad eas vocati essent, atque interfuissent, eisdem pœnis legis tenerentur. In priuatis commemorantur, cænа pura, ac simplex, absque animalium sanguine parata, nuda, ac frugalis mensa, ac in tenui suppellectili. Leguntur, & Cleopatræ Cęnę luxuriosissimæ, in quibus margaritę in aceto liquefactæ, & alij præciosissimi lapides

sor

ſorbebantur. Legitur de vna inqna ſex mille nummos aureos, in roſis tantummodo impen derat. Habebant antiquorum cœnæ duplicem apparatum, menſam ſcilicet eſcariam, cum re poſitorijs ſuis, in quibns à diſpenſatore impo nerenrur varia eſcarum genera, quæ ex ordine mittenda eſſent, ac inferenda, ad menſas tricly nij, & ſeorſum erat menſa vinaria, in qua vino rum erat apparatus, cum abacis ſuis, phialis, po culis, ac cyathis à moderatore vinorum per pincernas mittendis. Menſę nomine intellige bantur & ipſę epulę, ac diſci, in quibus epulę, iam paratę perdapiferos inferrentur; atque ha rum duplex erat diſpenſatio, ae duplex diceba tur menſa, prima epularum carnium, piſcium ac aliorum obſoniorum, Secunda vero pomo rum, & fructuum. Menſarum aliquę erant qua dratę, vt ait Varro poſtea rotundę factę vt ait Atheneus; aliquę quatuor, aliquę tribus, aliquę duobus conſtabant pedibus, & Martialis lib. 2,

Ibat tripes grabatus & bipes menſa.

Digniores erant tripodes, & heroum muneru quia non: facile ſuccumberent, quales Vlyſsdonaſſe Alcinoum Regem meminit Homerus Odijs 8. ad quę videtur Horatius al uſiſſe munera lib. 4. carm. ode. 8.

Donarent tripodas præmia fortium.

Eadem, & Ouidius notauit in epiſt. Br iſeidos ad Achillem.

Viginti fuluos operoso ex ære lebetes,
Et tripodas septem pondere,& arte pares.
Plinius vnam proponit Cicerouis tabulam,sestertijs quingentis, hoc est ducatis aureis duo decim millibus, & quingentis vænijsse. Vestes cænatoriæ candidæ videntur fuisse, & lineæ. quare albati leguntur ad conuiuium accedere soliti, quin etiam in feralibus cęnis, funestas deponebant, & alijs induebant:teste Cicerone in vatinium;cedo quis vuquā cenauit atratus, vt in epulo Quinti Artij familiaris mei, cum toga paula accumberet ad mēsam sedebātlibe ri Principum Cornel. Tacit. lib. annalium. De Nerone; mos, inquit, habebatur principum liberos, cum cæteris eiusdem ętatis nobi libus sedentes, vesci in aspectu propinquorum propria, & parciore mensa, ad quam modera tam priscorum vitam adsentitur Valerius Ma ximus de institutione antiquorum lib. 11. cap. 1. Apud antiquos Romanos feminæ cum viris, cum conuentibus sedentes cænitabant, apud Homer. iu primo & tertio Odiss. Minerua, & Heroes sedentes ponuutur, & vita militari, notauit Athenæus lib. 1 de Alex. Mag. quadrigentos duces in sellis aureis, & argente is veste purpurea stratos, sedentes excępisse. Tandem omnes illæ cænæ omnibus constabāt, vt nostræ, nisi quod plerique eorum vncti acce debant, & qui vncti erant, manus abluere nolebant, vt ait Plutarchus in Conuiu. septem Sap. Peruenientibus, inquit, in cænaculum
ibi

ibi Tales lauare recusauit, quòd vnctum se esse dixit. idem in Dipnosophistis Athenæi frequẽter legitur; in Plauto multis locis, & apud Terentium. Cęterum qui non fuissent in balneis, de more ante mensam lauabant manus, vtebantur flabellis, & ideo astabant ornatissimi pueri quod ventum facerent, & muscas abigerent, flabello pulchrè pauoninis pennis ornato, vt in Apophoretis Martialis.

Lãbere quę turpes prohibẽt tua prãdia muscas
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Qui Historici sint perlegendi. Cap. VII.

HIstorici lectione, & relectione digni sunt isti, quos Lypsius laudat; Thucidides: qui res, nec multas, nec magnas nimis scripsit, sed palmam præripit fortasse omnibus, qui multas, & magnas. Elocutione tota grauis, & breuis, & densus sententijs, sanus iudicijs: occulte vbique instruens, actiones, vitamque dirigens, orationibus, & excursibus penè diuinus. Quę quo sæpius legas, plus efferas: & nunquam tamen dimittat te sine siti. Alter ab isto est, Polybius, qui multa & præclara libris XL. composuit: sed pars pleraque, aut tota periit, aut mutilata ad nos venit, cum fraude generis humani. Illo iudicio, & prudentia Thucydidi, haud dispar, cura & stylo solutior, qui excedit

abrumpit, diffundit, & sæpe non tam narrat, quàm ex professo docet. Sed recta & salutaria vbique eius monita; & quem ego hoc magis Principibus commendatum velim, quod anxia in eum inquisitione non opus, sed sensus suos aperit, & reuelat ipse. Nam Thucydides sępe arctior, & obscurior: eique, qui circa Principē magis, quam Principi aptior. Inter Gręcos medios Plutarchus est, qui non historiam propriè, sed particulas historię scripsit, & ablegit Illustrium virorum vitas. Sed dignus tamen, si quis alius, Principe scriptor, qui iudicium mirificè format, & diffusa, ac plana quadam scribendi via ad virtutem vbique, & prudentiam ducit. sed ad illàm magis: & nisi fallor, melior omnino, quam acutior doctor. Xenophontē prætereo? absit. Sed laudatissimus ille Cyrus eius non habet hic locum, quem magis ad exēplum vitę, quam ad fidem rerum scripsit. In reliqua historia [Gręcanica inquam, aut Persica] sane suauis ille, & fidus, certè circumspectus scriptor: e quo tamen haurias magis Prudentiam hanc ciuilem, quam vt vltro eam propinet. Sententias quidem, & dogmata rarò miscet. Sed iuuit nos hic egregiè vià alia. cum Thucydidem adhuc latentem, & in sua manu, vt opprimeret [ò candidam, & ab omni ęmulatione vacuam mentem] primus ipse protulit, & vulgauit. Jam inter infimos quoque Gręcos, duo sunt, quos non contemno. Prior est Nicetas Coniates, qui res Græcanici Imperij

rij scripsit orsus à Ioanne Commeno Alexij F. ad vrbem captam, siue ad Balduinum Flandrum. Is parùm adhuc vulgo notus, fateor: sed dignissimus notitia: purum, rectumque ingenium, si aliud illo quo. Stylus eius operosus, poetas, & Homerum sæpe resipiens; at res & narratio ipsa, distincta, composita, sine vanitate, sine ineptijs, breuis, quod satis sit, & fida. Crebra apud eum, & opportuna monita: iudicia non libera solum, sed sana. Ad summam, legite vos politici, gratiam mihi aliquis, pro iudicio habebit, certe debebit. Alter est, Nicephorus Grægoras qui historiam, & filum narrationis eius excepit, at non laudé. Scripsit enim ab vrbe capta res, ad Andronici Palæologi posterioris mortem: sed nequaquã pari castigatione, aut industria, & vitia plura traxit sui æui. Superfluit, aut euagatur; & res, orationesque proprias miscet, indecorè, imò ineptè. Iudicia tamen eius crebra, & plerumque recta, causæ euentuum curiosè positæ: pietas inculcata, & mũlta opportune ad primam illam causam relegata, id est, Deum. Sane prouidentiam, & Fatum non alius scriptor asseruit magis. Legendus cum hoc nomine, tum etiam illo, quod pleraque eius historia ab æuo nostro non dissidet; imo lites, dissensusq; in Sacris reperies, haud dissimiles hodiernis. Latini sequuntur, quorum agmen Cornelius Tacitus mihi ducat. Ante Liuium? inquies; Non eloquentia, aut alijs virtutibus: sed ijs,

quas nunc consideramus, Prudentiæ, & iudicij notis. Quis illo veriùs narrat, aut breuius? quis narrando magis docet? in moribus quid est, quod non tangat? in affectibus, quod non reuelet? Mirabilis omnino scriptor, & qui serio hoc ipsum agit, quod non agit. Nec enim historia solùm est: sed velut hortus, & seminarium præceptorum. Vt ij, qui vestes acu pingunt, ingeniosè gemmas inserunt, sine confusione, aut noxa formarum: sic iste passim sententias, serie narrationis, nihil omissa, aut læsa. Scaber tamen quibusdam, & obscurus videtur. suone vitio, an ipsorum? Nam acutè, argutèque scripsisse fateor: & tales esse debere, qui eum legent. Ideo consiliariis magis Principum, quam ipsis commendo; qui habeant hunc Sapientiæ simul, & Prudentiæ verum ducem. Alter esto C. Salustius; omnino primus, si libros modo eius haberemus. Sed historiarum corpus illud totum perijt: & ex his pauculis, admirari eum magis libet, quam anxie iudicare. Illud video, Thucydidi simillimum esse: & ideo, quæ de illo dixi, dixisse hic me puta. Tertius est Titus Liuius, magnitudine quidem, & maiestate operis ante omnes. Diffusus ille & placidus, in concionibus maximè disertus; & talis omnino qualem Fabius descripsit, Patauinitas ei obiecta ab Asinio: id est, nisi fallor, sermonis quædam peregrinitas, nec tam in verbis, quam in stylo toto. Nos quoque supinum eum alibi, aut frigidum, imò

& ταυτόλογον agnoſcimus : deriuaturi libenter tamen in exſcriptores hanc culpam. Iudiciis, ſententiiſque bonus eſt, & ſi non frequens. quid refert? pro ipſo loquitur, docetq; copia tot euentuum, & exemplorum. Sequuntur Scriptores duo, velut proprii Principum, & aſsidue iis in manu, ſinuque habendi. Q. Curtius: qui me iudice probus eſt, legitimuſque Hiſtoricus, ſi quiſquam fuit. Mira in ſermone eius facilitas, in narrationibus lepos. aſtrictus idem, & profluens; ſubtilis, & clarus; ſine cura vlla accuratus. Verus in iudiciis, argutus in ſententiis, in orationibus ſupra, quã dixerim facundus. Quod ſi varium magis argumentum habuiſſet; fallor, aut variæ Prudentiæ eximium magis ſpecimen præbuiſſet. Sed Alexander, quid niſi bella? Caius Cæſar res ſuas ipſe digeſsit: compoſitè ſane, & pari modeſtiâ, ac libertate. In ſtylo ſunt, quę culpem, ſine eius tamen culpâ, nam malam aliquam, & alienam manum acceſsiſſe, ſatis mihi liquet. Prudentiam non è verbis eius hauries, ſed è factis: & maxime militarem. Commentarij enim ſunt, & nihil pollicentur præter nudam, ſimplicemque narrationem. Inter mediæ ætatis Scriptores (pro dedecus) nõ eſt, quem pro mediocri Hiſtorico laudem. Adeò labente imperio barbaries ſtatim, & ſquallor omnia occuparunt: & ſi qui ſcripſerunt, ij ferè ad vana delapſi, falſo vera, aut maiora vero, miſcuerunt. Ammianus tamen Marcellinus fidei, &

iudicij satis clarius est modo styli. Lambertum etiam Schafnaburgēsem haud plane contemno, in rebus Germanicis. Vti nec Rodericum Toletanum, in Hispaniis. Vterque bonus, quantum potuit tali æuo. At patrum, & nostro æuo videtur Historia se commouisse. Scripsit eam ante annos paullo minus centum Philippus Comminæus, ita laudabiliter, vt nihil verear componere eum cū quouis antiquorum. Incredibile est, quam ille omnia videat, penetret, arcana consiliorum eruat, & subinde instruat nos salutaribus, rarisque præceptis, & id diffusè, Polybiano quodam exēplo. Quamquam reuera Polybium, aut talem aliquem, nec vidit, & hoc quoque laudem eius auget, quod tanta præstitit literarum omniū rudis solo vsu rerum peritus, & naturali quadam iudicij bonitate. Ite nunc scioli, & linguarum aliqua cognitiuncula vobis placete. At Princeps noster hunc legito, & Enchiridiū Cominæus illi esto. Dignus Alexandris omnibus hic Philippus. Paulum Aemilium comitem huic do, qui in Galliis, & res quoque Gallicas scripsit, etsi non Gallus. Ludouicus XII. decus hoc Italiæ abstulit, & vindicauit sibi. Ille, vt rem dicam, pene vnus inter nouos, veram, & veterem Historiæ viam vidit, eamque firmo pede calcauit. Genus scribendi eius doctum, neruosum, pressum; ad subtilitatem, & argutias inclinans, & relinquens, defigensq; aliquid in animo serij lectoris. Sententias, &

dicta ſæpe miſcet, paria antiquis. Rerum ipſarum ſedulus ſcrutator, ſeuerus iudex; nec legi noſtro æuo, qui magis liber ab affectu. Dedecus æui eſt, quod minus ille placeat, quaſi pauci ſint, qui capiant hęc bona. In tantis tamen virtutibus etiam hæ labeculæ, quod ſtylũ parum nectit, & ſpargit, diuiditque eum in minuta quædam membra. Hoc cum in omni ſerioſa oratione parum congruum, tum in Annalibus minime: quorum eſt, vt ille ait, tarda quædam & iners ſtructura. Deinde, quod inæqualis. alibi nimium anxius, & caſtigatus; ideoque ſubobſcurus; alibi [ſed rarenter] laxus, & ſolutus. Vetuſtatis etiam neſcio quid affectat, in nominibus hominum, locorum, vrbium immutandis, & in veterem formam redigendis; ſæpè eruditè, interdum vanè, ſed vt ego iudico, ſemper indecorè. Quorſum Cartierius Gallorum Cancellarius, Quadrigarius mihi ſit? Ille ipſe Cancellarius, dicatur Præfectus iuris? & vbique Rex Tarraconenſis, Caſtulonenſis, Dux Geldubenſis; qui nobis, & maioribus fuerunt, Arragoniæ, Caſtellę, Geldriæ? Talia infinita ſunt audacter, & ambitioſè innouata, & cum fraude pariter, ac cruce lectoris. In his, & paucis alijs, ſi refingere leuiter eum nobis fas: (audeo dicere] virum daremus ſupra omnem hanc nouitiam, & ad priſcam laudem. Sunt & æui noſtri Hiſtorici duo quos tangam. Franciſcus Guicciardinus, prudens, perituſque ſcriptor, & qui tales ſuos le-

ctores facit. liber est, & verax, ab affectibus immunis: si tamen ab odio, quod retegere mihj non semel videtur in Ducem Vrbinatem. Sententias bonas, vtilesque inserit, sed parum astrictas. Vitia duo propria huius æui non effugit, Quod, & iusto longior est, & quod minutissima quæque narret, parum ex lege, aut dignitate Historiæ; quæ vt Ammianus ait, discurrere per negotiorum celsitudines assueta, non humilium minutias indagare causarum. Sed nec orationes satis vegetæ mihi, aut castigatæ, languent sæpè, aut solutè vagantur Denique, vno verbo, inter nostros summus est Hictoricus: inter veteres mediocris. Paulus Iouius multorum iudicia magis acerba, quam libera experitur. Acriter valdè in virú eum. Ego de eo sic censeo. Scylo bonum, grauemque esse, & plane ad Historiam: iudicio, ac fide, ambiguum. Vbi affectus non distrahunt, rectum; vbi illi adsunt, obnoxium. Ad gratiam scilicet se dat, & auram. Laudationem nec causam sæpè habet, nec modum. Genti suæ, Vastio, Mediceis, nimis ex professo addictus. Orationibus quoque aut frigidus interdum, aut ineptus. Laudandus tamen legendusque ob multiplicem, & variam rerum seriem, quas redegit compositè, & dilucide in vnum Historię corpus. Imò nec in Persicis, aut Turcicis, tàm vanus, quàm videri volunt: & fidem ei in plerisque adstruunt Turcici annales, qui nuper prodierunt. De Petro Bem-

bo

bo aliquid addam ? illustri dignitate, & fama vir fuit: quam tamẽ historia sua Veneta, apud me non auxit. Iacet in narrationibus, vel friget: in verbis affectatiunculas habet materie, aut viro serio parum dignas. Nulla vox nisi ex Tulliano, aut Iuliano penu: & quæ sic dici non possunt [quippe noua, vel ijs ignota] miro verborum ambitu comprehendit. Ipsa etiam tota scriptio, & formulæ sic compositæ, quasi hęc omnia Romæ gesta, & republica illa stante. Sunt in quibus rideam; sunt in quibus indigner. & cum tam curiose à verbis sibi cauerit, reperio alibi, quæ non dicam, Tulliana non sint, sed vix latina. Hæc iudicia nostra super præcipuis Historicis sunt. Nec enim omnes sanè aduoco. quid opus? Bonis ad vsum, & exemplum satis sunt, improbis ad calumniam plus satis.

Vtrum inter Deum & Hominem sit vere ac propriè Amicitia. Cap. VIII.

QVatuor conditiones exigit amor ille, qui est vera Amicitia, vt licet colligere ex doctrina Philosophi 8. Ethic. cap. 2. 3. 4. 5. & 9. Prima est, vt sit amor non concupiscentiæ, sed beneuolentiæ, id est, vt sit amor rei per se, quo scilicet ipsi rei amatæ, velimus bonum, non autem eam diligamus, ob solam vtilitatem nostram

ſtram, vel voluptatem, quæ ex re capiatur. Ob defectum enim huius conditionis, ſcribit Ariſtoteles libro 8. Ethic. cap. 2. ridiculum eſſe dicere, quod habeamus amicitiam erga vinũ, v. g. non enim illud per ſe amamus amore beneuolentiæ, ſed ſolum concupiſcentiæ, vt ſcilicet illo vtamur. Secunda conditio eſt, vt ſit amor mutuus, ſiue vt ſit cum redamatione, & quidem vtrinque ex electione quadam, id eſt, certa cum ratione & iudicio vt patet ex eodẽ Philoſopho, lib. 8. Ethic. cap. 5. ob defectum namque huius conditionis, non dicimur habere amicitiam erga bruta, ac multo minus erga res inanimas, vt patet ex Philoſopho ibidem. Tertia conditio eſt, vt mutuus hic amor nitatur aliqua bonorum communione, qua vterque amicus participet; nempe aut communione ſanguinis, vt amicitia inter conſanguineos; vel eiuſdem inſtituti, ſiue officij, vt amicitia inter commilitones; vel virtutis, vt amicitia inter probos; vel aliquorum bonorum huiuſmodi, vt patet ex Philoſopho in illo libro, capite nono, vbi propterea conuectores etiam, & commilitones amicos appellari dicit, ac pari modo inquit, qui in alijs Societatibus verſantur. Quatenus enim inter ſe cõmercium habent, eatenus amicitia inter ipſos eſt. Quarta conditio eſt, vt hic amor mutuus non lateat ipſos amicos, ſed aliquibus, vel officijs, vel ſignis vtrique illorum ſit cognitus. Nam vt cap. 2. illius libri ait Philoſophus,

phus, amicos eos, qui quomodo inter se affecti sint, ignorant, appellare quis posset? Et cap. 4. Amicitia, inquit, est redamatio, non latens. His præmissis statuendum est cum D. Thoma, Charitatem esse verè ac proprie amicitiam, qualis iam descripta est ex sententia philosophi. Probatur hæc assertio ex Scriptura, idque duobus certissimis modis. Primo quia ille amor habitualis est vera amicitia, cui conueniunt conditiones illæ quatuor amicitiæ iam expositæ; Sed ex Scriptura diuina cõstat, eas omnes conditiones conuenire Charitati nostræ erga Deum: Ergo est vera amicitia. Minor probatur de singulis illis conditionibus sigillatim. Nam quod primo charitas nostra erga Deum sit amor cum beneuolentia, patet ex illa forma præcepti, qua iniungitur; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Deuter. 6. Matth. 22. Quod etiã Secundo vicissim redamentur à Deo ij, qui ipsum diligunt, patet ex Psal. 145. Dominus diligit iustos. Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à Patre meo &c. Quod tertio nitatur hic mutuus amor inter nos, & Deum communione alicuius boni patet. Nam ex eadem scriptura constat, participare iustos quodammodo ipsum bonum infinitum diuinum, tum per dona gratiæ, quibus excellenti quodam modo redduntur consortes diuinæ naturæ, vt ait Petrus 2. epist. cap. 1. tum per ius adoptionis filiorum, quod habent ad futuram beatitudinem

nem tanquam ad paternam hereditatem, qua fruentur eodem summo bono, per cuius fruitionem ipsemet Deus quoque beatus est, puta bono ipso, quod est Deus, vt patet, tum ex illo testimonio D. Petri; Maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinę consortes naturę: tum ex illo D. Pauli ad Romanos 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, &c. si autem filij, & hęredes; hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi. Quod quarto denique, Deo de amore iusti in illum, & iusto de amore Dei erga ipsum constet, quantum satis est ad rationem amicitię, patet item ex Scriptura. Et de Deo quidem non est dubium, quin amorem iusti erga eum cognoscat. Cognouit enim dominus, qui sunt eius, vt ait Apostolus 2. ad Thimotheum 2. De iusto autem, quod agnoscat dilectionem Dei paternam in ipsum, probatur ex Apostolo ad Roman. 8. Ipse, inquit, spiritus testimonium reddit, spiritui nostro, quod Filij Dei sumus. Quibus verbis significat Apostolus fieri beneficio, ac efficacitate Spiritus Sancti vt iusti ad consolationem suam, coniectura facta ex suis rectis actionibus, & animi affectu erga Deum, sibi persuadeant se in gratia, & amicitia Dei esse; persuasione quidem vera, & vt est à Spiritu Sancto, infallibili, non tamen euidenti, aut etiam infallibili ex suo quidem genere, quæ scilicet omnem formidinem oppositi expellat, sed tamen admodum

pro-

probabili, qualis etiam haberi potest de amicitia humana (quæ neque ipsa est plane euidens) id enim sufficit, vt valeat animum iusti in ea re, quantum satis est, securum atqne pacatum reddere, vt tom. 2. quest. 4. de Gratia punct. 5. explicat valentia. Quo etiam pertinet illud Psal. 100. Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Cui nō repugnat Illud Iob. 9. Si venerit ad me, non videbo eum; quę videtur alioqui sententia contradicens priori. Vtrumqne enim verum est, & quod intelligit iustus Dei in se aduentum per gratiam, persuasione vt dictum est, probabili; & quod eum tamen non videt, vt ait Iob. persuasione nimirum euidenti, & ex suo genere infallibili. Ac denique huc etiam spectat illud Apocal. 2. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Nam hic etiam significatur, eum certè nosse, quantum satis est Dei erga se gratiam, eiusque suauitatem, qui diuinę gratię donum accipit. Cum itaque ex scriptura diuina constet, charitati nostræ erga Deum conuenire omnes conditiones veræ amicitię; perspicuum est ex eadem scriptura, illam esse vere amicitiam. Prætereà potest secundo modo, vt diximus, probari hoc ipsum ex sacra Scriptura, hoc pacto: Quod scriptura diuina simpliciter, & absolutè affirmat, id proprie, vt sonat, intelligēdum est, si ex propria scripturæ interpretatione non consequatur aliquod manifestum absurdum

surdum ; Sed scriptura in multis locis, simpliciter, & absolutè affirmat, iustos, qui Deum ita, vt oportet, diligunt, esse Dei amicos, atq; adeo illorum erga Deum charitatem esse amicitiam ; neque proprie id intelligere, est vllum absurdum ; Ergo charitatem esse vere, ac propriè amicitiam confitendum est. Maior patet ex Verissima quadam doctrina de interpretatione Scripturarum, quam D. Augustinus tradit lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 10. & 11. Et probatur facile ex eo, quod alioqui nihil certi posset ex Scriptura colligi. Minor patet ex his testimonijs, Iudit. 8. Abraham Dei amicus effectus est. Et Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Et canticorum 5. Comedite amici. Et Sapient. 7. Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui sunt vsi, participes facti sunt Dei amicitiæ. Et Isaiæ, 41. Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abrahæ amici mei. Et Lucæ 12 Dico autem vobis amicis meis. Et Ioan. 15. Iam non dicã vos seruos, sed amicos. Et rursus: Vos amici mei estis, si feceritis, &c. Et Iacob. 2. Abraham amicus Dei appellatus est, nimirum Iudit 8. & Isaiæ 41. Atque eodem modo de charitate passim loquuntur sancti Patres. Neque est difficile respondere ad quædam argumenta, quæ contra assertionem ipsam obijci possunt. Primum argumentum: Deus non diligit hominem propter ipsum, sed propter se potius, sicut & omnia propter

semet-

ſemetipſum operatur. Prouerb.16. Ergo charitati hominis erga Deum non correſpondet redamatio beneuolentię, ſed potius concupiſcentiæ. Et ſic ea charitas non erit vere amicitia, ex defectu ſcilicet primę cõditionis amicitiæ. Reſpondetur, amorem beneuolentię recte poſſe conſiſtere, etiam ſi res amata referatur ad aliquid aliud tanquam ad finem, modo ipſi quoque rei amatæ velit, quis bonum per amorem. Alioqui neque nos ipſos, neque proximos noſtros poſſemus amare, amore beneuolentiæ, ſi quidem & nos, & proximos amare debemus propter Deum, tanquàm propter finem. Etſi igitur Deus amet hominem propter ſemetipſum, tamen quia homini etiam multa, & magna bona vult, per eiuſmodi amorem non eſt dubitãdum, quin amet illum amore beneuolentię. Alia vero argumenta, quæ contra hęc fieri poſſent, de ijs, quę accidentaliter, non quæ amicitię eſſentialiter conueniũt, procedunt. vt Valentia vbi ſupra.

Qui fructus ſit Excellentior, & qui peior. Cap. IX.

LOquimur hic, non de guſtu, quia de guſtu non eſt diſputandum, ſed de fructibus ſecũdum ſe, & quo ad ſanitatem, & licet aliqui fructus ſint excellentes, & laudabiles, cum ſint plures, & diuerſi, tamen nullus, cum ficubus po-

test comparari. Sunt enim gustui suauissimè, quippe qui melle dulcissimo sunt prędita, & bonitas eorum ex eo satis constat, quod omnes plus ficuum, quàm aliorum fructuum sine nocumento comedunt, qua facultate alij fructus priuantur. Auicenna dicit, quod ficus est nutribilior reliquis fructibus; & licet nutrimētum ficus, non existat in robore nutrimenti, carnis, & granorum, est tamen vehementioris roboris, quàm nutrimentum omnium fructuum, & sanguis ab ea generatus laudabilior est omnium fructuum, sanguine ęstiuorum, velocisque digestionis, & descensus à stomacho. Isac plurimum eas commendauit, cum posuit ipsas in primo loco bonitatis, dicens in vniuersalibus dietis cap. 11. Vuę sunt ficubus secundæ, & præcipuæ si bene maturæ sunt, & in particularibus ficus cæ eris fructibus laudabilior est, atquè nutribilior. Galenus vero super omnes ficus extollit, scripsit enim de ijs, in quinto regimine sanitatis circa finem; ficus maturæ ante omnes alias fruges sunt eligēdæ, & hyeme caricæ, in humidę vero, & recētes ficus magis, & velocius nutriunt, quàm siccæ, verum siccæ magis sunt stomacho conuenientes, quàm humidæ, & de siccis dicit Auicenna. Sicca quidem ficus in suis operationibus est laudabilis; & postea subdit, quòd administratio siccæ, cum ieiunium adest, est mirabilis iuuamenti, & in aperiendo vias cibi, & propriè cum nuce, & amigdala cōueniunt vtræq;
ficus

ficus in hoc, quod in ipsis est remotio asperitatis guturis, & mundificatio & lentio pectoris pulmonis, & cannæ eius, & apertio opilationum sepatis, renum, & splenis. Ficus corpus humanum mirum in modum nutriunt, & impinguant, vnde in regimine sanitatis Salernitano dicitur.

Nutrit, & impinguat triticum, lac &c.

Maturæ ficus, vueque recentes.

Plinius de ficibus genera 29. scribit, quarum vt vult Auicenna in secundo Canon, cap. 208. Melior est alba, quia leuior, deinde rubea, siue citrina, & postea nigra, & quę vehementer matura est, melior est, & proxima ad hoc, vt non noceat, Tandem corporibus etiam sanis alij fructus aliquantulum nocent. Ficus autem [si tamen corpora recte disposita sunt] maxime prosunt, cum nullam in se contineant, contrarietatem. Post ficus vtrum melius sit aquam, vel vinum bibere, non satis constat, melius profectò esset, cum plurimo humido redundent, secundum illas non potare, post autem maiore cibi parte iam sumpta, consuetum potum, seu aquam, seu vinum, seu ex his mixtum accipere, qui statim vero ab his potare voluerit, huic conducibilius est, aquam, quam vinũ sorbere, vt ait Heraclitus apud Atheneum, cuius sententiam multi alij sequntur, quia aqua prompte dissoluuntur, vino autem duriores euadunt ad imos intestinorum sinus, id quod in eis optabilius est, faciliusque ferentur. Sed

dicendum cum Aristotele, & Hippocrate 2.de Dieta, qui vinum post ficus concedunt, & laudant, nam sicut maior ignis minorem extinquit, ita maior vini calor, minorem ficuum extinguit.

Pessimus omnium fructuum non quo ad gustum, sed quo ad sanitatem est pepo, nam vt ait Cardanus, vsus peponis non admittendus est, tam sanis, quàm ægris, cum melones tanquam minus culpatos fructus cócedunt, quod odore sint non ingrato, sapore autem iucundissimo. His autem qualitatibus decernitur cibi natura, eò autem maxime, quia parum deterior cibus, aut potus, suauior autem melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus. Cum verò consideras paruitatem radicis, & stipitis eximiæ magnitudinis eius habita ratione, & quam proximus terrę sit, & quòd super eam perpetuo iacet, & quod ab omni aeris qualitate permutatur, & quod augmentum eius est velocissimum, confiteri cogeris, melonem, nil aliud esse, quam putridum terræ humorem; aliena qualitate coloratum, vitia omnia habentem, noxium ventriculo, iecori, spleni, intestinis, pulmoni, renibus, vesicę, humores non solum putridos; sed venenosos fluxosque facientem. Ad febres acutas pestilentiales, ad apostemata, ad dolores, ad difficultates intestinorum paratissimú, à nullo authore quanquam egregie tamen, satis vituperatum, noxas omnes horarij fructus tanto

habet

habet ampliores, quanto eius magnitudo, ſucci multitudo, paruitaſq; cauſæ concoquentis: omnibus alijs fructibus maior eſt. Adde quod nulli potui recte ſociatur. nam cum vino humores peſsimos producit, veſicæ maximæ obeſt, & iecori, & renibus, & apoſtemata gignit, cum aqua leuitates inteſtinorum celiacũ morbum, diarias, appetitus deiectionem ſubito operatur. Quod autem Hippocrates conſulit, rectum eſt vt parum deterior; non multo deterior cibus ſit præligendus. Bonitas autẽ ſaporis, & odoris manſuetudo in eodem genere cibi, ad iudicandam ſalutarem vim, multum proficiunt, At in diuerſis generibus nequaquam, Siliqua enim exitialis eſt cibus, ſi Galeno credimus, & fugi, & tubera, boletique & melongena: nemo tamen ſalubri cicario, ptiſanaque hordeacea negabit eſſe gratiora. Conſilium igitur meum eſt, vt non ſolum dimittatur, ſed ab vſu humano explodatur, etiã Principum Decretis. Nam quæ lues eſt perniciosior, qua quotannis multa millia hominum pereunt, Mirumque quòd à Medicis hæc pernities conſulatur, omiſsis vuis, & ficubus eiuſdem temporis fructibus longe minus noxijs. Poſt verò pepones ſtatim bibere, ſæpenumero inutile, non raro noxium eſt, ſi tamen bibere oportet, vinum potius, quia iucundius eſt, bibere conducet, quippe illi linguam attingentes, dum labili ſua ſubſtantia, in eam non admodum imprimuntur, ſed eandem ferè ab-

 ſter-

ſtergunt, integramque guſtui relinquunt, vinum eidem ſapidum ſentire faciunt, ſubinde vinum, quod minùs, quàm aquam illos putreſcere permittit, atque eo magis eorundem ſubſtantiam firmat, & à putredine defendit.

Cur Qui ludo latrunculorum amittunt tam vehementer perturbentur, & qui ludus omnium ſit optimus. Cap. X

QVi hoc ludo latrunculorum amittuut, eorum perturbatio non aliunde exeritur, quam ex amiſsione, quæ cum præcipue, ac totaliter fundamentum habeat in noſtro intellectu, ac mente, animum triſtitia quadam, permoleſta vehementer afficit. Hic enjm cognoſcitur, quinam acutiori intellectu polleat, quod de nulla alia re certo ſciri poteſt, Omnes enim alij ludi, vel fortuna, vel aliquo iudicio, vel mixti ſunt, ſed iſte totum hominis iudicium exigit; Pari modo ſcientiæ, quamuis ſint in intellectu tamen quoniam diſputationibus, omnia ſubterfugere, vel aliquo modo res arduas, dubias, erroneas, temerarias, & abſurdas, vnuſquiſque quadam animi obſtinatione tueri valet, qui etiam accuratè ſcribunt, tempus eis eſt ad ſcribendum, & ſi aduerſus aliquē ſcribis, iam aduerſarij ſcripturam cognitam

habes

habes. Sed hoc ludo, non nisi coniectura intelligis, quo aduersarius tendat, & sic te victū fateri oportet, nisi vaporibus temerari ascribere velis, qui caput tuum tandum fecerunt, quod & insulsum videtur. Hinc cognosces Hispanos omnium nationum sagacissimos esse, cum hoc ludo miro iudicio ludant. Certum est, lusorem velocem pigro præferendum esse, quod aciei ingenij est maximum argumentū; cum piger quodam mentis stupore procedat. Verum vbi vires ingenij periclitantur, tarditas magis, quam celeritas est laudanda. Nam qui nimium sibi fidit, in aliquod incidit, quod si parum animaduertisset, aufugisset. Ludus omnium optimus, est paruulę sphęræ, quam elegantissimis carminibus Dorcacius Poeta laudauit, & Galenus librum de paruula sphera confecit, cuius hæc sunt præcipua. Cæterū alijs omnibus paruę sphæræ exercitium multis nominibus antecellit. Primo siquidem cū cæterę exercitationes maximum apparatum, hominemque otiosę admodum vitæ requirāt, huic certe vna tantum pila, eaque per exigua est opus, quam vel paupertimus quisque comparare sibi facile poterit, neque is qui ea se exercet, cogitur reliqua negocia relinquere. Quid igitur eo esse posit commodius, quod omni fortunæ, omni item negocio conuenit? Iam vero, quę ex æquo exercere partes corporis vniuersas, seseque nunc in summam vehementiam intendere, nunc in summam facilita

tem, remittere posit, aliarum prçter hāc paruæ pilæ, nullam quidem exercitationem inuenies, quæ modo celerrima, modo tardisima, iam vehementisima, rursusque leuisima, vt cunque sane volueris, fieri assolet: hac enim membra simul omnia, si comodum tibi videatur, aut alia prę alijs, si id magis placet, studiosius exercere potes. Vbi enim inuicem sibi oppositi, alter alteri pilam ipsam prçripiunt, in ea certe concertatione, caput quidem cuiusque, colli permotionibus, exercetur: altera autem, pectus, & venter, faciei subleuationibus, depresionibus, obnixibus, cçterisque id genus prehensionibus, vehementer laborāt: valideque tum lumbi tenduntur, tum etiam crura firmantur. Hæc itaque vna exercitatio, omnes corporis partes quam fidelisime exercet. Si quidem progredientibus, alij nerui, musculique: alij item subeuntibus, plus agitātur: quemadmodum etiam alij illis, qui in obliquum se transferunt, & quotquot cura ipsa vno modo commouent. Quin etiam corū membra, qui transuersi feruntur, mouentur plane inęqualiter, sicuti & illorum qui impariter currunt. Sed quemadmodum cruribus, ita & brachijs exercitatio hæc, cuique æquā portionem largitur; quandoquidem pilam excipere in omni figura student. Accidit autem, vt dum necesse habent varijs subinde modis se transmouere, alijs musculis, alij fortius tendantur: hique in vices omnes laborent, equa-

liter quiete partita, alijs requiescentibus dum fatigantur reliqui: sicque vicissim, & laborẽt cuncti, & requiescant, nec sint otiosi omnes, nec laborent omnes. Quod porro etiam visum exerceat, patebit, si reputemus quam diligenter pila sit oculis obseruanda, vt statim quo dilapsura sit, præsentiatur, ne in illius apprehensione aberrare necesse sit. Vnde etiam animus intentus, atque solicitus redditur. Et licet sola solicitudo macerare nos extenuareque soleat, exercitationi tamen, & glorię cupiditati coniuncta, in voluptatem abit, plurimumque & ad corporis sanitatem, & ad animi prudentiam confert. Quod autem & ad res maximas, adeoque eas, quas subire, præstareque Imperatores, vrbium reginę leges pręcipiunt, animum & corpus exerceat, demonstratu non est difficile. Quandoquidem & aggredi in tempore, & insidiando latère, & occasione præbitam momento arripere, & aut vi, aut in prouiso ãstu, quæ hostium sunt occupare, occupataque tueri, bonorum Imperatorum sunt opera. Et cum egregie cautum, subdolum ducem esse oportet. At quotquot in palęstris dimicant, corporis obesitatem, potius quàm virtutis exercitationem, consequũtur. Vnde multi ad tantam peruercere crassitiem, vt vix etiam respirare possint. Et sane genus hoc hominum, vel ad bella gerenda, vel ad regia, vel ciuilia obeunda munera, minime valent, ac suibus propemodum potius, quàm

his rem quampiam quis posſit committere. Sed curſum fortaſſe, & cætera exercitia quæcunque gracile reddunt corpus, laudaturum me ſuſpicaberis. At hoc non ita ſe habet. Nimium quod eſt, reprehendo ſemper: omnemque quam exercere velimus artem, eſſe moderatam volo: quæ ſi modum excedat, iam bona eſſe deſinit. Qua ratione ipſe, neque curſus commendo, vt qui nimium extenuent corporis habitum, ac ne tantillum virilis habeāt exercitationis. Non enim celeriter fugiendo, ſed fortiter ſtando, pugnandoque paratur victoria. Iam ſi ad ſanitatem reſpicias, quatenus per curſum inæqualiter exercentur membra, eatenus valetudo læditur. Neceſſario namque fit, vt alia defatigentur, alia autem ſint omnino otioſa. Horum verò neutrum bonum, ſed vtrumque, & morborum ſeminarium eſt, & vires in primis debilitat. Quapropter eam potiſsimum exercitationem probo, quæ & corpus conſeruare validum, & membra retinere integra, compoſitaque, & animū præterea vegetum, alacremq; reddi. Quæ quidem facultas, in ea, quæ parua pila, fit exercitatione reperitur. Quod autem placidiſsima ſit, hinc diſcas licet, quod pueris, ſenibus, atque à morbo conualeſcentibus, hoc etiam nomine, alijs omnibus, exercitatio hæc eſſe præſtantior eſſe videatur. Quippe facilius nullū eſt exercitium, ſi præmiſſa molli ex oleo vnctione, eo leniter, adeoque moderate vtaris

vt ipsius qualitas minime à quantitate obscuretur. Illud si quidem omnium lenissimum est, quod lassatis requieturisque vtile in primis, potentissimumque ad debilitatas vires reuocandas existit, iunioribus iuxta senioribusque conducens maxime. Inter alia, eius quæ recensui commoda, neque hoc esse prætermittendum videtur, quod maxime omniũ extra pericula sit, quæ frequenter adeo in reliquas cadunt exercitationes. Celeres enim cursus, iam multos rupto vase præcipuo perdiderunt. Quemadmodum & voces magnæ, vehementesque, & confertim emissæ, maximorum non paucis malorum causa extiterunt. Sic equitationes etiam concitatæ, sæpe renes ruperunt, & pectori frequenter nocuerunt: porisquoque nonnunquam spermaticis: vt ea interim prætercam incommoda, quæ ab ipsis equis existere solent, ita vt multi equites sellis excussi subito sint exanimati. Similes ijs saltus, discus, & quæcunque nimis inflectunt corpus exercitia sunt. Nam de illis, qui ad palæstram proficiscuntur, quid attinet dicere, cum eos videas, aut claudos, aut distortos, aut fractos, aut aliqua omnino parte mutilatos redire? Quamobrem cui præter reliqua commoda, paruæ huic pilæ execitio adsit etiam securitas, nimirum aliarum omnium vtilissima hæc exercitatio merito censenda est.

De

De laudibus Medicinæ Cap. XI.

MEdicinam Dei singulare munus de cœlo profectam, ac propemodum diuinã antiqui sapientes sunt arbitrari, tum quod humanam vitam diutus seruet, ac protrahat, tum quod ex Hippocratis elogio futura præscire, quod Dei solius est proprium, & potest, & tenetur. Hanc primam inuenisse dicitur Appollinem, & Esculapium Græci apertissime testantur, perfecisse Hippocratem, cui tãdem Galenus Hippocratem secutus extremã manum imposuit, iam primam vt Cornelius Celsus, inquit, medendi, scientia, sapientiæ pars habebatur, vt & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio ab ijsdem authoribus nata sit, ideo multos ex Sapientiæ professoribus, eius constat fuisse peritos, & in primis Pithagoram, Empedoclem, Democritum. Sed veritas est eam à Deo fuisse creatam, iuxta illud Eccles. Honora medicum, propter necesſitatem enim creauit eum Altiſsimus, à Deo, enim est omnis medela, & à Rege accipiat donationem, disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectum magnatum collaudabitur. Altiſsimus de terra creauit Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam; qui hęc grauiſsima verba ponderare illorumque

que reconditum ſenſum recte explicare vellēt, præterquam quod eos acutiſsimi ingenij, & in omni diſciplinarum genere verſatos eſſe oporteret, perquam arduum ſanè munus perdifficileque negocium ſibi ipſis humeris imponerent; nam quæ ex hoc textu ad Medicinæ ſcientiam ornandam, celebrandam, extollendam, & exaggerandam ſuſcipi poſſet, tot tantaque ſunt, vt facillime Ciceronem defatigarent, longior Iliade ſermo conficiendus, infinitis propemodum voluminibus eſſet agendum. Nos vero qui breuitate gaudemus, ex hoc tantum colligemus Deū Medicinā creaſſe Medicisque tantum decoris, tantum dignitatis, adiunxiſſe, ampliſsimis & maximis honoribus eos decoraſſe, & ornaſſe, vt qui Medicinæ ſcientiam profitetur, ſummum gradum honoris aſſecutum eſſe videatur. Si Theologiam excipias, alię ſcientię ſunt eius ancillæ, vtitur enim in primis Rhetorica; Nam cum multi & ferè omnes ægrōti, Medicinas quas & ipſamet natura abhorrere videtur potare noluerit Medicus Rhetoricæ peritus, verbis ad audiendum iucundis, & ſententij ad pharma cum potandum accommodatis, ſermone concinno ornato, atque feſtiuo, & præclarorum verborum floribus conſperſo vtens, durum animum ægrotantum franget, corda molliet, ægrum ac languidum hominem, ad ſe conuertet, ita afflicto ſubueniet, pereunti dabit ſalutem periclitantem liberabit è periculis, trepidantium me-

merum in ardorem mutabit. Logica cum vtilis sit ad scientias omnes addiscendas, ad omnes errores vitandos, ad ipsuisqueveritatis occultæ cognitionem, ad rerum denique naturam, & essentiam, eorum quę principia, causas, partes, proprietates, & accidentia peruestiganda, Medicinæ etiam vtilis erit, & necessaria, cum sine illa nihil inueniri, nihil iudicari, nihil disponi posit. Astronomia adeo Medicinę conducit, vt Galenus ægrotans moneat, ne se committant manibus Medicorum Astrologiam ignorantium. Nam ait medicamenta parum, aut nihil prosunt temporibus incongruis exhibita, imò vero sæpenumero nocere solent, & Hippocrates dicat, Medicus si non est in scientia stellarum prospectiuus, quis in eius manibus non diffidat, quia cęcus merito poterit definiri, & si ex altisimis considraueris, innenies Astrologiam, non esse minimam partem scientiæ Medicinæ. Hiparchus ait Medicus sine Astrologia est quasi oculus, qui non est in potentia ad operationem. Albumazar hæc verba profert, Astrorum scientia est principium Medicinæ Arithmetica, vniuersal ia & particularia tempora, horas, momenta, febrium dies quales sint pares, intercalarescompositos, ac incompositos, uumerans, & considerans Medicinę seruit, cum absque subputatione, & ratiocinatione, eorum quæ ad ægrotum pertinent, nihil confici posit. Musica præterquam quod

triſtitiam propellit, ſolicitudinumque mœrorem leuat, aliquos particulares morbos, nempe Iſchiadem vt Theophraſtus vult, & podagram vt Marcus Varro ait, ad ſanitatem reducit. Geometria ægrorum pulſum, metitur. De Philoſophia verba non faciam, cum vbi deſinat Philoſophus, ibi incipiat Medicus ſatis ſit dicere. Quantus autem ex ea ſit queſtus, honor, & dignitas, præterquam quod nobis experientia indicat quotidiana, Galenum vnius curatione mille, & octingentos nummos accepiſſe legimus, magnumque honorem à conſularibus viris, & Imperatoribus ſibi fuiſſe habitum ipſe teſtatur. Hippocrates vero quoniam apud Græcos, ad ſummum dignitatis gradum peruenerat, Athenienſes enim columnam auream mille aureorum pondo eo modo, quo Hercules Iouis filius coronam accepit, capiti eius impoſuerunt, coronaque ea magnis Mineruę quinquatijs panatenaiſuè, certaminaque gymnico publicata, Artaxeris Perſarum Regis eum accerſentis, & honores, præmia, commoda, munera ſuis omnibus paria à ſe præbita, quæque Hippocrates ipſæ peteret, & optaret pollicentis, barbari Regis Græcis acerrimi hoſtis policitationes contēpſit, & ſpreuit. Phalaris Tyrannus à Policleto medico vehementi, & peracuto morbo ſanatus accepti beneficij non immemor, ampliſſimis muneribus eum ornauit, quæ cum magna & pręclara ſint, placuit hic nobis, quę ei

Ty-

Tyrannus conſcripſit recenſere. Hoc vnum ſcio eam te aſſecutum doctrinam. que Deo digna ſit: qui Medicinæ artem inuenit. Verun tamen cum medicinę, & fidei laudibus: misi ad te animi mei erga te monumenta, puri auri phialas quatuor. Crateres argenteos non noſtri temporis artificij duos. Poculorum thericliorum paria decem puellas impollutas viginti. Quinquaginta millia athicorum. ſcripſi præterea & teucro: vt in rerum mearum diſpenſatione id tibi ſalarium daret, quod nauium gubernatores, & corporis cuſtodes: & reliqui centuriones accipiunt parnam profecto pro tanto beneficio vicem. Sed addatur minori meæ gratitudini me confiteri non habere quo pacto pro meritis tibi debitam poſſim ſoluere. Si Plinium videre licet inueniemus olim Medicos Romæ in annuam mercedem ſex millia ducentos quinquaginta aureos habuiſſe, Stertinium vero Medicum ſummam altero tanto maiorem, hoc eſt, duodena millia, ac cum vrbico, & priuato quæſtu ad quin decies mille aureos aſcendiſſe. Arcuntium deinde vulnerarium medicum, ducentis quinquaginta aureorum millibus, bonorum proſcriptione amiſsis totidem in exilio queſiuiſſe. Carmides Medicus, quatuor mille, & quingẽtis aureis hominem ſanauit. Et Romæ his tẽporibus egregia Decimij Merulæ in quodam marmore ſculpta conſpicitur effigies, qui decies centenos mille, & ducentos, quinquaginta

ta aureos persoluit, vt libertatem recuperaret, idéque quinquaginta mille populo Rom. donauit. Quæ omnia nullum aliarum scientiarum eruditum habuisse, non constat. Sed sanè quidem si vsus, & Medicinę vtilitas pensetur, At Soranus Ephesius, insignis Peripateticus ait, nulla vnquam, quælibet magna merces Medicinę potest beneficium ex æquare, sicut enim vita omnibus rebus, ita Medicina omnibus scientijs prefertur. Iudex omnibus ius dicat, exploratè iudicet, causam conficiat, ex aliquo verbo eliciat, ius suum cuique tribuat, de aliqua re statuat, Iurisconsultus, audacter in arcem causæ inuadat, causam commentetur, hominum difensionem suscipiat, multas afferat rationes, placido sermone Iudices trahat, litem obtineat, mercatores rustici, & omnes artifices Ciuitates rerum abundãtia affluentes reddant sine corporis valetudine: Nam sine sanitate, quam Medicus recuperat, & conseruat, omnia frigent, omnia ruunt, omniaque iacent prostrata. quid prosunt affluentes diuitiæ, commoda voluptates, dignitates, & scientiæ, ei, qui continuo in lectulo iacet ægrotus, ibique elanguear, totius corporis doloribus oppressus, quid prosunt militibus rei militaris peritia, maritimaque sciẽtiæ, & morbus eos detineat. Habent præfecti, Principesque exercitus, ministri militum delectum, illorumq; nomina faciant, multitudinem contrahant, exercitum recenseant, cohortem lu-

strent,

ſtrent, aciem conſtituant, ad aliquam Ciuitatem copias producant, obſidione cingant, oppugnent, verberent, magna clade. hoſtem afficiant, & cum illo congreſſum habeant, receptui ſignum dent, pedem referant. hoſtes inuadant, intercludant, in ſummus anguſtias ducant, diſsipent, prælium tentent, omnia ferro vaſtent, & igne, ſine corporum ſtabili temperatura & ſanitate; nonne? maximi, & fortiſsimi exercitus ſuperbiſsimo delectu, & duriſsima conquiſitione collecti, propter corporum aduenientem morbum miſerandum in modum perierunt: quid proſunt Regibus ac Principibus opes, maieſtates, dominatus, rerum abundantia, magnificentiaque ædium Regiarum, lectus aureus, pulcherrime ſtratus, textiliu ſtragulo, magnificis operibus pictus, abaci complures, argento ornati, auroque celato menſæ exquiſitiſsimis epulis eſtructæ, vnguenta, gratiſsimi odores, miniſtri electi, ad nutum intuentium principum miniſtrantes, ipſis ęgrotantibus, & aduerſa valetudine laborantibus, miniſtros illos aſpiciant, & plenum artis argentùm, manum porrigãt, in menſam, comedant, bibant, ludant, regia munera obeant, ſine Medicis, qui morbos periculoſos, & ancipites ſanant, morbo grauiſsimo laborantibus ſuccurrunt, ægris medentur. afflictos excitant, triſtes à triſtitia auocant, qui ſomnum nunquam videre poſſunt, dormiendi neceſsitatem inducunt, & qui ſpiritum afflant, ani-

animum reddūt. quid peius, quid tertius, quid miserius, quam corpus conspicere febri correptum anxietatibus, vigilijs, dementia difficili respiratione, vertigine sensuum difficultate capitis, colli stomaci, & multorum aliorum membrorum, doloribus oppletum, cui vanè antè oculos appareant imagines, & lachrimæ inuoluntarie effluant, vrina retineatur, labia agitentur, omniaque tremula fiant, & quem rigor, horror, oripilatio, æstus, sitisque inexpugnabilis, magno cum impetu aggrediatur. quid infelicius, quam toto domo gemitum, & plangorem audire, parentes lachrymas profundere, & consumptis lachrymis, infixum animo dolorem hærere, agnatos mœrore affici, propinquos tristes, & conturbatos domum redire, vicinosque ipsos eorum vices dolore, lamentationes vndequaque resonare. Illud ergo oportet sichabere, nisi corpus sanatum sit, quod sine medicina fieri non potest, finem miseriarum & ærumnarum nullum fore. Oterque quaterque beati illi, quibus vitam vsque ad finem beatam ac felicem ducere medicina concessit. O felicissimus thesaurus, quem omnibus Medici præbent, quéque omnes Principes, & Reges, procul dubio arcis auri argentique refertis, quæ tot sæculis latuerunt, cæterisque rebus quæ medicinæ effectibus vllo modo comparari nequeunt, anteponunt, esset enim scientias alias cum medicina, stellas, cum Sole comparare velle. Quis enim nescit me-

dicum ad omnes totius . Ciuitates ordines, ad omnem sexum, ad omnem ętatem pertinere, cum summatibus, infimatibus, viris fęminis, senibus, pueris, ægrotare contingat? Cum omnes ex hoc vtilitatem indiscriminatim pereant, meritoque dici potest. Medicum rem communem terrarum esse. Et profecto si vera dispicimus, si curiose cuncta perpendimus, sola medicina, soloque medico opus est omnibus. Medicina est quæ vna contra facta depugnat, eaque identidem expugnat: quæ languentibus vitam prorogat, quæ iam deploratos, iam defletos, iam in familia orci numeratos luci, auræque vitali per sæpe restituit.

Multique medicinæ opera reuixisse creduntur.



DE

E CVRIOSA DOCTRINA

LIBER TERTIVS.

Cur ad furcas condemnati, & postea reuocati, ea visa, inter tres, aut septem dies moriantur.

Cap. I.

MIRVM profectò de illis hominibus, qui ad furcas cōdemnati, & postea Principis fauore reuocati, ea visa moriantur, est res digna scripturis, sed difficilis intellectu. Mihi hoc persuadeo, quod cū mors sit omnium terribilissima, & maxime metuēda, ita illius timorem eorum hominum mentes ita prosternere, vt humores, ac pręcipue sanguis, adeo alterentur, & præsertim tam nefandæ, & ignominiosę mortis augurio vt in pristinum statum reuerteris nequeant. sed, & iuxta validarum, vel infirmarum, complexionum temperaturas, tres aut saltem septem pertingant dies. Ratio cur tres dies attingant posset esse hæc, quoniam hoc tempore quilibet humor perficit suum motum, siue sit sanguis si

ue bilis, siue pituita, siue melancolia. quare di cit Conciliator differentia 185. Christum voluisse resucitare Laxarum, post quartum diem; vt scilicet expectato fine cuiuslibet humoris, adimeret occasionẽ omnibus, & Philosophis, & mathematicis, & Medicis, quo minus causam resurrectionis Laxari, tribuerent aut vlli humorum motui, aut vlli alteri causæ naturali. Cur septem dies, vel quindecim sed rarissime nonnulli attingant, hæc esse posset, quod qui morbo peracuto laborant, intra paucissimos dies, vel à morbo liberantur, vel iugulantur, tamen etsi per raró nonnulli, vsque ad vigesimum, & vigesimum quartum perueniant. Sic istis idem accidere potest, propter naturæ validissimas vires. Conceptus mortis abominandus ita eos alienat, atque à verò mẽtis vsu remouet, vt qui infame lignum conspexerint, ab eo postea Principis gratitudine seuocati, amplius id aspexisse non recordentur. Mirum profecto, quod & inter paucos dies vt diximus naturæ satisfaciant. quod quidem ab alijs causis prouenire potest. Nam cum nullum perpetuum sit violentum, violentæ mortis amarissima imaginatio, omnibus sensibus tàm externis, quàm internis, maximam vim afferat, cumque eos valde conturbet, & humores confundat, animum etiam contundere necesse sit, qui impetu violento fractus, parum durat, sed corruit, cum debilitatas vires, & obtusam mentem recuperare non possit, & sicuti imagina-

tio hilaris, ſequitur ſanguineam corporis affectionem, colericam iracunda, melancholicam triſtis, fecundam luxurioſa, ita multiplex & confuſa, humorum permixtionem, & mortua mortis repræſentationem ſequitur, imaginatio enim febris, ſpiritus febris vibrat, imaginatio coitus ſeminales ſpiritus ad genitalia mēbra transmittit, & ſceleſtæ mortis conſideratio ſenſus mortuos gignit, quod quidem experientia patet, nam nemo condēnatus huc vſq; vixit, niſi qui ſpei ſalutis confidebat, cum ſalutis imaginatio, mortis timorem ſuperaſſet.
Imaginatio eſt potentiſsima, nam ſi Plinio credimus cornua noctu cuidam nata ſunt qui ea valde imaginabatur, concipit enim potentiſsimè imagines quas recipit, & etiam fingit in ſe, quæ aduehuntur in eam per quinque ſenſuū inſtrumenta, cum ergo condemnatus, mortis ſimulacrum totaliter, & efficaciter concipiat, morti tandem cedit, & præſertim huiuſmodi imaginatio contaminata ſit recti iudicij expers. Videmus aliquando in hominibus, falſas imaginationes, maximum incommodum eis parere, & illud mortis exemplar, quod fixum, & radicatum in animo iacet, conſtanter condemnati retinentes, mortem ipſam retinent. Cum iuxta exquiſitas rei imaginatæ differentias, ſe habeat imaginatio, quę impreſsiones rerum ſenſatarum, etiam conſeruat poſtquam à ſenſibus abierint, & componit vnum cum alio, & ſeparat vnam ab alia, & ſeparans

K 3 in

in parte veras, & in parte non veras apprehendit innatiuum, & nociuum, cumque hęc imaginatiua facultas sit in sanguine, vt dicit Ioannes Grammaticus; sanguinem autem obtundi necesse est ideo non mirum si suspendendi moriantur, & qui liberantur furcam conspexisse non recordentur. Accidit enim propter fixam imaginationem, alijs hominibus, qui alicui rei maxime intenti, vel vltra transcendunt, determinatum iter, vel tumultum non audiunt, neque transeuntes vident, homines ergo suspendendi mortem nefariam ita contemplantur, vt sui penitus obliuiscantur, ideo dicebat Dantes Poeta.

O Imaginatiua, che me rube,
Tal uolta si di fuor che huom'nõ s'accorge,
Perche d'intorno sonin'mille tube.

Ex quo intelligi potest, quanta maxima facultate, ac vi imaginatiua potentia prædita sit.

An maior sit vis ignis, aquæ, an terræ motus. Cap. II.

CVm ignis aqua extingui posit, & aquæ impetum quisque fugere valeat, cum non tota simul ingrediatur, reliquum est vt terræ motus, qui omnino est pręter naturam, maiori vi polleat, & homines magis perterrefacere soleat, cum raro & velocissime prorumpat. nam & terra tremit, caduut montes, tunc homi-

hominum pectora tremiscunt, à magnoque ti more abruuntur, illius sonus aures obsurdescit cum aliquando soni audiantur, magni, aliquã do terribiles, aliquando clari, & perspicui, ali quando vasti, aliquando boum mugitui, simi-les, de quo Virgilius sexto Aeneid. 5.

Sub pedib' mugire solum, & iuga celsa moueri

Quid horribilius aliquando videre terram. motu circumductam, & in orbem versatam, locum loco commutare, aliquando ictu con trario arietante rem interiectam ferire, aliquã do latè diffisam recidere, sorbereque profun-dis faucibus integras vrbes, & hiatum rursus claudere, nullo earum relicto vestigio, quia vi delicet cauernarum capacitas, haustæ molli respondet, aliquando ex obliquo terræ mo-tum quassare ędificia, aut deiectis fundamẽtis solo æquare, aliquando decidentem sub mari terram subita voragine vndas exsorbuisse, ita vt nec piscibus propè terram natantibus se colligendi facultas fuerit, aliquando spiritu. ex imo erumpentẽ mare in miram altitudinẽ intumescere, aliosque effectus maxima cum animi perturbatione & tremore conspicere.

An Meretrices Reip. vtiles vel noxiæ sint. Cap. III.

MEretrix, vt aiunt leges, dicitur illa, quę duos tantum admisit, causa quæstus l.

palam, ff. de ritu nup. Abbas habet in cap. cum decorum, cir. fin. de vi. & ho. cle. & ideo mulier dum meretrix non est, inhonestum facit, si quid inhonestè faciat, sed quando meretrix, est honestum facit, quia ea, quæ meretricis sunt facit, l. tertia §. sed quod meretrici ff. de condi. ob turp. cau. & propterea quia quæ meretricis sunt facit, quod ei datur repeti non potest, l. item si ob stuprum, ¶ sed quod ff. de condi, ob turpem causam, imo nec meretrix mater filiam meretricem exhæredare non potest, l. in arenam. C. de inof. testamẽto. Ecclesias eas non cõcedit, nec permitti, sed tolerat ob maiorum peccatorum periclitationem, iuxta illud Austini tolle meretrices de mundo, & totus mundus erit repletus Sodomia, qui quidem profectò his verbis non affirmat, eas reip. vtiles esse, sed id dicit, quia, vt homines euitent maiora peccata, à quibus facillimè trahuntur. quare meretrices Reip. necessariæ non sunt. nam & qui à carne commouentur, matrimonij medicamentum habent; qui autem castitatem uouerunt, cum matrimonium eis opitulari nõ possit, ergo nec multo magis meretrices; ergo necessariæ Reip. proculdubio non sunt, cum sint contra finem generationis, quam Resp. augere cupit. nam ex varietate seminum inter se aduersantium conceptus gigni non potest. sunt etiam contra bonos mores, quos semper Resp. intactos vellet, imò mores pessimos hominum semper

corri-

corrigere desiderat. Hæ enim iuuentutem cor rumpuut,homines effeminatos reddunt. Si necessariæ essent, procul dubio Deus matrimonium non instituisset, nec nos pręcepto, Non fornicaberis. coërcuisset; imo pluribus in locis hanc colluuiem ex omnium scelerum colluuione natam, detestatur, vt Exodi 20. Non mæchaberis,& Deutorom. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, etiam exclamauit contra Hierusalem,eò quòd ædificauerat lupanar, & prostibulum, fecerat in cunctis plateis, & ideo dicitur, qnod destruet Dominus lupanaria, & prostibula,vt habetur Ezec. 16. Aedificasti tibi lupanaria, & fecisti tibi prostibulũ in cunctis pleteis,& fornicata es cum filijs Aegypti, vicinis tuis, magnarum carnium &c. Et passim Salomon homines hortatur, vt meretrices fugiant, vt prouerb.22. Os scorti profundus est hiatus, in quem. cadit, cui Dominus irascitur 31. Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & alibi. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis,& nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara, vt absynthium, & lingua eius acuta, quasi gladius biceps, pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant, Persemitam vitę non ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles longe fac ab ea viam tuã, & ne appropinques foribus domus eius, & alibi. Irretiuit cũ multis sermonibus, & blanditijs labiorum protra

xit

xit eum, & statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans, quod ad vnicula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit, quod de periculo animæ illius agitur. Eccles. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando te faciat venire in opprobrium inimicis, à detractione in ciuitate, & abiectione plebis, & confundat te in multitudine populi, Prouerb. 6. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus eius, prætiũ enim vnius scorti, vix est vnus panis, & D. Paulus nobis præcipit, vt à concupiscentijs abstineamus, vt 5. Thess. 4. Hęc enim est voluntas Dei sanctificatio vestea, vt abstineatis vos à fornicatione. Et passim in omnibus epistolis. Cũ ergo iure diuino hæc prohibita sint, quia sunt mala, mala autem necessari a non sunt, neque vtilia, meretrices autem malæ, ergo necessariæ non sunt neque vtiles. quam enim vtilitatem reip. adferre possunt, quæ sunt omnium malorum causæ, & fontes, quæ suis artibus occultis noxijs cogitationibus, rapacibus illecebris, sagacibus verbis, artificiosis mendacijs, commenticijs indignationibus, luxurio riosis obtutibus, impudicis actionibus, audacissima inuerecundia, perpetuis fraudibus, auida auaritia, gula insatiabili, infami ambitione, moribus contaminatis, vitijs abundatissimis, ira inextinguibili, capitali odio, pæna perpetua,
rabie

rabie amatoria, inconſtanti vanitate, cæcis desiderijs, conſpurcatiſsima libidine, vita inhoneſtiſsima, ac ruina pernicioſa ac peſtifera, omnia humana ac diuina conſpurcant, contaminant, ac miſerandum in modum fatuant, ac peruertunt, vt Arpyæ omnia deuorant, & ſicut Chameleontes omnes colores, ita iſtæ omnes malitias ſubeunt. quomodo ergo poteſt neceſſarium eſſe illud, quod eſt Deo inimicum, hominibus infenſum, virtuti contrarium, & quod religio magnopere prohibet. Si aliquã vtilitatem afferunt, non alia eſſe poteſt, quam turpis quæſtus, quem Princi[illegible]es ab illis nefariè exigunt, quod & apud antiquos erat in vſu, vt Cornelius Tacitus ait, eodem anno grauibus Senatus decretis, libido feminarum coercita, cautumq; ne quæſtũ corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus, eques Romanus fuiſſet. Nam Viſtilia prætoria familia genita, licentiã ſtupri apud Aediles vulgauerat, neque contra hoc quod diximus, dici poteſt, nam etſi aliquando videtur coitus neceſſarius pro ſuſtentatione vitæ, & pro vitandis malis, quæ defectu coitus prouenire poſſunt, matrimonium eſt vtiliſsimum medicamentum, alij vero qui ſe in matrimonium collocare nõ poſſunt, morbi tolerantia valde eis eſt meritoria, cum propter ſanitatem nemo ſe polluere debeat, cum non ſit faciendum malum, vt eueniat bonum.

Quæ

Quæ carnes quadrupedes sint meliores, & qui caser suauiores. Cap. IV.

CAro tribus modis potest considerari, vel ratione maioris nutrimenti, & irresolubilis, & propter maximã similitudinem, cum carne humana, est suilla, quam Galenus 8. de sanitatis ratione, laudibiliorem facit, & Principes Auicenna 2. Canone cap. de sanguine, humanum, suillamque sanguinem in omnibus exactam habere similitudinem scribit, quin eandem quoque rationem carnis tradit, adeò vt impurissimi quidam teste. Cælio. lib. antiquarum lectio. c. 5. pro suilla, distrahere sibi licentius permiserint, quod facinus diu perrexit impunitum donec diuiti hominis intermixti forte conspecti ad suplicij diritatem, etiam si seram autores protexere, Auerroes quinto collige. ex Auic. Placitis Porcinam carnem omnibus præferendam statuit, veluti hominibus natura cognatiorem. Galenus etiam tertio alimen. Porcinæ autẽ carnis [ait] similitudinem ad homines. addiscere est ex eo, quod quidam comederunt humanas carnes, vt porcinas, nullam suspicionem habentes, secundum gustum ipsarum, & odorem, & eodem lib. dicit, omnium eduliorum caro, porcorum est maximè nutritiue, & paulò post

por-

porcorum carne nulllu m alium amplioris nu trimenti habere, vnde in regiminæ Salernitanæ scholę scribuntur ista.

Nutrit,& impinguat triticũ,lac,caseus,infans.
Testiculi, porcina caro &c.

Ratio est, quia generat alimentum stabile, solutioni fortiter resistens, quod & sentire videtur Galenus quando ait, Cæteris carnibus porcina est laudabilior, si porcus montana coluerit, post porcum melius hœdus, & in quinto terrapeuticæ. quadrupedum caro laudabilior est porcina in calor e, & humiditate temperata, eiusque cibus plurimus sanguis ab ea generatus, omni melior est sanguine, quod quidem intelligendum est, teste Arnaldo, De carne porcorum non antiquorum, quia eorum caro indigestibilis, nec minus iuuenum, siue lactentium, quia caro eorum humidissima, sed ætate mediocrium, puta vnius animi, vel duorum, etsi schola Salernitana dicat.

Est caro porcinā, sine vino peior ouinas.
Si tribuis vina, tunc est cib us, & medicina.

Tamen id solum est verum de carnibus porcorum assatorum, vt dicit Arnaldus, quia carnes porcinæ, quibus rustici cõmuniter vtũtur, quã do videlicet sũt salse, vel sole, vel fumo exsiccatę, nullo modo saniores sunt carnibus ouinis, cęteris paribus; ex quo constat carnes porcinas, multum laudabilis corporibus, iuuenibus sanis fortibus, laborantibus, non dispositis ad opilationes,& his qui impinguari quæ

runt

runt, quia talia corpora indigent maximo nu
trimento, & difficilime resolubili, quare Iu-
d eis similes videntur ij, qui obsonium tam de
li catum omnino respuunt. Vel secundo mo-
do consideratur electio carnium ratione tem-
perate complexionis, & facilis digestionis, &
hoc modo caro hœdina, est melior, & lauda-
bilior cæteris, vt vult Rasis, Auerroes, & Aui
cenna, nam Rasis dicit, tertio Almansioris
cap. de animalibus, Hœdina caro est tempe-
rata, nollam in se habens admixtionem, quæ
licet temperatum generet sanguinem, labora̅
tibus tamen non congruit, post istam carnem
ponunt Rasis, & Auerroes carnem Arietinam
saltem annalem, sed quia Galenus, valde abo-
minatur carnes arietum, ideo nos eas missas
faciemus. Vel tertio modo considerari po-
test caro ratione minoris viscositatis, & melio
ris odoris earum, & sic carnes vitulinæ sunt
meliores cæteris carnibus, quia vt innuit Auer
roes quinto collige, quod tales carnes vituli-
næ sunt bonæ, quia non habent vllam viscosi-
tatem, frigiditatem & siccitatem, quam habe̅t
carnes bouinæ veteres, & carnes eorum sunt
magis odoriferæ alijs carnibus, & in hoc me-
liores sunt & laudabiliores carnibus hoedinis,
quia in carnibus hædorum apparet quædam
mucilabo, antea quam coquantur, etiam Ga-
lenus tertio aliment. summè laudat carnes vi-
tulinas, vbi vult quod carnes vituli lactis sex
hebdomadarum, vel octo assatæ sanissimæ sint.

Casei verò laudabiliores, sunt multi, Lunensem causeum dicit Plinius magnitudine conspicuum, quippe & ad singula millia pōdo prǽmitur, vnde Martialis.

Caseus Hetruscę signátus imagine lunæ.
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Pantaleon de confluentia Doctor, fecit tractatum de laude caseorum, & in tractatu secundo laudat plures caseos, primo Florentinos, quia in territorio Florentiæ componuntur, & sunt delicati, ad partes remotas apportantur, fiunt ex eis dona, tanquam de rebus pretiosissimis. Secundo ponit caseos Placentinos, qui in bonitate Parmenses, Mediolanenses, Papienses, Nouarienses, Bercellenses, & Pedemontanos, licet cum similes fiant, quia iuxta placentiam omnium pecorum pascua bona abundāt, sunt sapidi, & boni, maxime qui fiunt tēpore Veris, & mediocriter antiquirati, puta trium, vel quatuor annorum, & hoc secundum ipsorum magnitudinem, & sunt mirabilis pulchritudinis in qua ferè omnes caseos excedūt, in tertio scribit caseos qui fiunt in Marchionatu Montisferrati, & dicuntur Robiolæ, & sunt parui vnius librę, vel circa, rotundi & gustui suauissimi, multos alios caseos commemorat, quos libenter omictimus. Caseus est cibus suauis, sed vult esse parcus, nam vt vulgo dicitur, caseus est sanus, quem dat auara manus, sed quibus caseus valde placet, post illum vinum bibere debent. Nam vt dicit Schola.

Caseus,

Caseus, anguilla nimis obsũt si cõmedãtur
Nutu sæpe bibas, vel rebibendo bibas.
Et ipsa schola caseum laudat cum scribit:
Ignari Medici me dicunt esse nociuum,
Sed tamen ignorant, cur nocuméta ferã.
Expertis reor esse ratum, qua commoditate
Languenti stomacho caseus addit opem.
Caseus ante cibum confert, si defluat aluus,
Si constipetur, terminat ille dapes.
Ad fundũ stomachi, dũ sũpta cibaria trudit
Vim digestiuam non minus ille iuuat.
Si stomachus lãguet, vel si minus appetit ille
Fit gratus stomacho, concilians q; cibum.

Cur Honores mutent mores.

Cap. V.

IN Pluribus honores mutant mores, vt ait Isidorus tertio de summo bono, sæpe per honorem quorundam, mutantur mores, & quos ante charitate glutinatos habuerũt, post quam ad culmen honoris perueniunt, amicos habere despiciunt. Ratio huius est, quia creant cor nouum, & nouos affectus, nouæ dignitatis conscientia, Diuites facti, pauperes amitatis conscientia, cum paupertate fastidiunt, necquid penes eos de veteri videatur inopia resedisse, semper enim apud indignos, mores crescit cum potestate supercilium, & ideo vt ait Casiodorus de amicitia, nouæ dignitates veteres solent

amici

amicitias permutare. Sed hi profecto, qui mutant mores, sunt animo viles, impuri, atque nefarij. honesti, enim honoris dignitatem quidē retinent, & humani omnibus se præseferunt. Ambitiosus enim statim, vt est ad honorē promotus, in superbiam extollitur, & in iactantiā effrenatem, non curat prodesse, sed singulariter præesse, præsumit se meliorem, quia secernit superiorem, priores dedignatur amicos, notos ignorat, vt ait Innocentius, histriones honorat, Comites contemnit, antiquos, vultum euertit, ceruicem erigit, fastum obsedit, grandia loquitur, sublimia meditatur, sub esse non patitur, præ esse molitur, subditis onerosus, omnibus infestus. Ideo Aristoteles verum dicit, quod honor magnus factus, peiores facit. & ideo indigni honore, quem adepti sunt videntur. Cū fortissimus, atque firmissimus honorum custos, sit modestia. Nam, & tunc verissimè iudicatur, meruerit quis honorē nec ne, cum adeptus est. In modo etiam cognoscitur, quoniā multi bonis artibus eum cōquisiuerunt, quem postea adepti, corpus, animum mores, ipsamque naturam in deterius mutauerè. nam, vt ait Salustius, Scio plerosque non eisdem artibus imperium petere, & postquam adepti sunt gerere. Primo industrios, supplices modicos esse deinde perignauiam, & superbiam ętatem agere, ex quo patet, quomodo honores mutent mores.

Qui nam in Scientia sint præferendi, Romani vel Græci, Cap. VI.

SI contentio & comparatio inter Latinos, & Græcos fiet, hos longè præstantiores reperiemus, nam Quintilianus primum locum Homero, secundum Virgilio attribuit Homeri facilem fecilemque naturam miratur. Virgilij singularem diligentiam, & curiosam laudat imitationem, in Elegia Tibullum, & Propertium magnifacit, pares Græcis efficit. Lyricum Horatium solum lectione dignum fatetur neminem Pyndarum imitari posse, tragœdia Latina Sophoclis, nec Euripidis grauitatem, nec minus Comœdia venustatem, vel Atticam elegantiam attigit nullus Latinorũ opus Iambicum, Ditirimbicumue composuit in Satyra Latini gloriantur, nullus Orator cũ Græcis, si Ciceronem excipias conferendus. Cicero in Tusculanis linguam Græcam, Latina esse locupletiorem, & in primo de Fin. contrarium affirmat, tamen Philosophiam conscribens à nouarum vocum inuentione Græcis respondentium impeditur. Quintilianus Romanæ linguæ sterilitatem non tacet, in quã antiqui propter seueritatem inciderant, Græci ab omnibus nationibus legebantur, & latini terminos suos non transgrediebantur vt ait Cicero pro Archia Poeta. E contra Plutar-

chus

chus in Platonicis quæstionibus, ait quod sermone latino omnes suis temporibus vtebantur, Grammatica Poesis, Historia, Rhetorica, Dialectica, Astrologia, Cosmographia, Physica, Medicina, à Græcis inuente, & cognite, nostri autem aliud nihil conscribunt, quàm repetitiones, emendationes, institutiones, commentaria, Interpretationes, Introductiones, epitome, annotationes, correctiones, translationes, vel si aliquid ipso Marte componunt, epistolam orationem, eclogam, Elegias, Satyras, & id genus. Nec mirum cum sermo Latinus, Græcus, & Hębræus nobis sit ignotus, qui antiquis erat maternus, & ideo plurimum temporis terimus, disciplinas intrinsecé non intelligimus, hinc exoritur quod nos non videmus homines in scientijs præclarissimos, vt in Philosophia Pithagoram. Thaletem, Aristotelē, Theophrastum in eloquentia Demosthenem, & Ciceronem, in Medicina Hippocratem Galenū, & Auicennam, in legibus Seruium Sulpitium, Papinianum, Vlpianum, in Historia Polybiū, Thucididem, Salustium, & omniū facilè principem Cornelium Tacitum, & Titum Liuium, in Mathematicis Euclidem, Eudoxum, Archimedem, & Ptolomeum. Verum scientiæ opus suum non determinauerunt, multa supersunt, sed abdita, & occulta, & tenebris circumfusa, occasio se se omnibus offert, aliquid addendi, inueniendi, vel explicandi. Sed veritas in profundum latet, & ideo cognitu difficilis, tarda

est in rebus excellenzia, & rara, vix in tot sæculis hominem dignum admiratione, verè doctum, & eloquentē, qui ingenij acie, corporū viribus, & rerum experientia eruditum, patientiam & perseuerantiā huiusmodi negocijs per necessariā sustinuerit, reperies. Attamen constanti animo nos esse oportet. Nam si eos superare, imitari saltem nobis est concessum, multa multi mutant, de institutis priorum, multa renouantur, & multa sunt, quæ restant, multa perierunt, Aegyptiana, Persica, Indiana sapientia, à nostris seculis visa non est. Quamplurimi Græci, Latiniq; authores mortui, superstites pauci, & ad presentem vsum non satis accomodati, in fabricis nullus Vitruuium sequitur, Rustici agriculturam, & quæ artis sunt, vt Varro & Columella eos docent, non exercent, Medici medicamenta, iuxta Galeni, & Hippocratis dogmata non scribūt. Ius antiquum Romanum lites non dirimit, neque Cicero, vel Demosthenes causas agitat in foro, legibus Lycurgi, & Solonis Respublica non administratur. Musica nostra antiquorū omnino dissimilis, prælia iuxta præcepta Vegetij nō committuntur, Aristotelis dicit quadraturam circuli sciri posse, sed nondum inuentam, tempore Platonis Geometria imperfectissima erat, multa Vesalius in Anatomia inuenit, quę antiqui non obseruauere. Plinius insolentius se iactat, multa historia animaliū

ipsi

ipſi Ariſtoteli incognita addidiſſe. Leonicenus mendacij Plinium arguit, Auicenna Galenum, Galenus Ariſtotelem, Ariſtoteles Platonem reprehendit, nihil eſt ab omni parte perfectum. Multa ſcire poſſumus, ſed noſtræ inuentioni pauca reſeruata. Romani in ſcientijs Græcis, & Græci in rei militaris peritia Romanis cedant nam & debellare ſuperbos, & parcere victis proprium Romanorum fuit Nos omnibus cedamus, quid enim inueniris, in quo cum illis comparare poteris. Præclara ingenia in doctoribus ſęculis & inter ſubtiliores nationes extitere & per quandam formalem conſequentiam diſciplinarum excellentia præſtantior; fuit quam quidem antequam homines attingant, neceſſe eſt eos eſſe felicisſimi ingenij, diligentes, conſtantes, & vt virtute præditi à Principibus extollantur, qui profectò diſciplinas minimè curant, & lentè eis fauent. Diuites voluptatibus dediti adumbratam quandam, & fictitiam ſapientiæ ſpeciem ſolummodo quærunt, & laborioſam ſciendi profunditatem reſpuunt, bona pars Doctorũ Sophiſmate vtitur, leuiſsime oneribus ſatisfacit, omnes laborem fugiunt, & tandem eundẽ ordinem, & menſuram, mundus, tempora, cœlique obſeruant, neque ſol, cæterique Planetæ natiuum curſum mutauere, nullum ſydus immutatum, elementa eandem vim obtinent, homines eadem materia procreati, eademque diſpoſitione præditi, eædem generationes, ſed

nos fateri oportet, otium diligentiæ, veram voluptatem falsis illecebris, diuitias virtuti, vtile honesto anteponere, & ideo in tenebris iacere. Ad artem enim, & scientiam perfectam, non tam vel docilitas ingenij, vel memoriæ firmitas vel prudentis iudicij perspicacitas, quàm perseuerantia, & bona valetudo nos perducit: Sed nostris temporibus homines natura validi, sæpissimè corruunt, & valetudinarij vitam longam maxima diligentia consequauntur, qui acutissimo sunt ingenio, in inueniendo malo, & in friuolis rebus consumunt. Quod peius est Venus ab illis non discedit, quæ vires ingenui retundere consueuit. Quamobrem nihil contemplatorí, vel curioso pestilentius, quàm Venereus actus, nihil vicissim hunc sectanti alienius, quàm lectionis cura, & ideo frustra, atque etiam coniectura conantur homines scientias addiscere. Nam citam senectutem, Venus in interioribus nostris infert, vbi enim ex quouis eius motu facile corpus debilitatur, atque labescit, Ingenij, corporisque vires labefactantur. Quare impium est homines, acutissimos in perdita voluptatum libidine esse dissolutos, qui breuem quotidie voluptatem virtuti præponunt. Mirum igitur non est, si nostra sæcula nullum, vel paucissimos, verè scientes, ac doctos pariat.

De Hora Veneri idonea. Cap. VII.

INter antiquos controuersia agitata est de venereorum vsu; Epicureis negantibus, eum vsum conferre aliquando posse ad valetudinem, & Hippocrate asserente. Tamen conuenerunt iam Medici omnes in eam sententiam, quæ Venerem causam salubrem esse affirmat, cum opportune occurit corporibus. Sed quæ hora sit illi opportuna, non adeo est communis consensus, vt ait Vallesius. Galenus siquidem lib. 2. de tuenda valetudiue enarrans sententiam Hippocratis, referensque ex illo hæc verba: Labor, cibus, somnus, venus, omnia mediocria: ipsorum verborum ordine, ordinem rerum dicit contineri. Itaque somnum à cibo, & venerem à somno & ante laborem agi debere. nimirum eo tempore est corpus, maximè in omnium rerum mediocritate constitutum. non enim eo tempore à cibis grauatur, quia hos confecit iam somnus: neque corpus quicquam est exsolutum: nondum enim post refectionem laborauit, eo tempore minimè incurret corpus eas noxas, quas venus solet parere. Sunt hæ, quas Aetius vno capite tertij libri collegit, Virium exolutio, cruditates, sensuum habetudo, obliuio, tremor, articulorum dolor rerum, & vesicæ morbi, oris

graueolentia, dentium dolor, gurgulionis inflammatio, sanguinis sputum. Preter hæc fiũt in pudendis exulcerationes. quanquam neq; hæc solũ, sed febres etiam, & vt semel dicam, omne mali genus, ad quod homo alioqui paratus est, potest ex coitu incipere. nimirum ex virium exolutione, aut ex eneruatione, aut ex labore aut desiccatione, aut fluxione, aut partis cuiuspiam ruptione, aut refrigeratione. Ad hæc omnia videtur dicto in tempore corpus minimè paratum: quoniam eo tempore virtutes omnes tam naturales; quàm vitales, & animales, ex cibo, & somno refectę sunt: naturalis alimento, animalis, somno, vitalis vtrisque, & renocatione caloris ad interna, quę per somnum fit. nerui recens refecti minime laxantur: quæ recens humectat sunt membra, minime rumpuntur: quæ nondum laborauẽre, minime fluxiones patiuntur: peractis con coctionibus minus periculi est à cruditatibus. Igitur hora concubitus haud dubie est, quam Hippocrates, & Galenus diffiniuere; à somno ante laborem. Quanquam aliter videntur sentire multi probati authores. Paulus lib. primo, cap. 33. ita scripsit: Veneris itaque opportunior occasio à cibo [ceu mox mihi dictum est] & ante somnum. Aëtius lib. 3. Tetrab. 1. cap. 8. ita inquit. Commodissimum cœundi tempus est, à cibo non nimirum ingesto. Vides itaque vt hi authores videantur commendare coitum ab assumptio cibo. Neque

que verò horum opinio videtur rationibus de
ſtituta. nam id tempus videtur commodiſsi-
mum ad venerem, quod ſtatim conſecuturus
ſomnus eſt, incommodiſsimum, quod labor
nam cum venus omnis aliquatenus exſoluat
vires, etiam quę eſt moderatiſsima; conſtat,
qua ratione per famem à labore abſtinemus,
eadem, aut prorſus maiori poſt venerem eſſe
abſtinendum, indulgendum verò ſomno, qui
veneri omnia facit aduerſa, humectat, nempe
& reficit. Igitur aut ante ſomnum vtendum
venere eſt, aut abſtinendum omnino ab exer-
citatione, quo tamen nihil eſt valetudini ma-
gis aduerſum. Addunt: cibum ante venerem
præſeruare à noxis. nam minime refrigerabi-
tur tunc temporis corpus. Cum enim cibus
omnis, & cibus eſt, ſit calidus, docente Gale-
no 3. De temperamentis, videtur tunc cor-
pus eſſe calidiſsimum, cum mediocri cibo eſt
refectum (copioſiſsimus enim etiam refrige-
rat) & tunc refrigeratum iri minime, cum eſt
calidiſsimum. Addunt etiam bonum aliud
prolis [quod etiam medicos conſideratè par
eſt, cum is ſit naturæ finis] quod ſcilicet id tem
pus ad liberos procreandum eſt accommoda
tiſsimum, cum alijs nominibus, tum etiam
quod mulier ſomnum capiens, ſemen geniti-
uum melius continet: cotra ſi ſtatim à concu-
bitu mulier vigilat, & laborat; excidit ſemen.
Huic ſecundæ opinioni videtur etiam adhæ-
ſiſſe Celſus; qui lib. 1. cap. 1. ita inquit: Con
cubitus

cubitus interdiu peior est, noctu tutior. ita tamen si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor sequitur. Vides vt Celsus à concubitu interdicat cibũ, & motũ: quare sõnũ videtur cõcedere, vt sequatur cibũ, & ãtecedat somnum, Franciscus Valeriola in quadam enarratione, ita statuit de re agi debere, vt prima fert opinio: tamen autores ita componit, Hippocratem, & Galenum rectum concubendi ordinem tradidisse, alios authores contulisse inuicem errores. quasi deficerent, haudquaquã optimum esse concumbere pleno ventre: sed minus malum, quàm vacuo. Valesius quidẽ hanc in parte, quanquam quod adrem attinet verè, & doctè eum statuere arbitratur, & acutè authorum sententias interpretari; tamen frustra illum in hac conciliatione laborasse, quando quidem ipsa authorum verba, videntur hanc interpretationem redarguere. Nam cum Aetius dicat, commodissimum coeundi tempus est, nullum putat esse commodius. Paulus quoque nulla errorum in tempore facta mẽtione ita scripsit: καιρὸς δὲ ἐπιτήδειος μίξεως μετὰ τροφὴν, ὡς ἔφην, πρὸ τὸν ὕπνον. Id est, expediens, aut vtilis aut conueniens (hæc enim significat dictio ἐπιτήδαιος) occasio coitus est, post cibum, & ante somnum: Quare alius fortasse aliter dixerit, coitu posse homines vti aut ad tuendam valetudinem, aut ad liberos procreandos, (duo enim hæc prestare potest) atque ita posse dici commodissimam coitus horam, in qua ille maximè

conferat valetudini, aut in qua liberi maximè procreentur. Galenus loco dicto seruandæ valetudinis præcepta docebat. Aëtius, & Paulus, nec non Celsus, ambo videntur respexisse, eoque iniunxisse post cócubitum somnum, haud quaquam motum. Cæterum horum oportet, vt rationem perpendamus. Ad tuendam valetudinem non dubium est, cómodius esse primum toto somno vti, deinde venere, de in somno, aut somnum interrumpere interiecta Venere. Nam ea, quæ ex aduersa assertione adducebantur, forent quidem formidanda post coitum nimium: sed post moderatum non sunt. Nam sententia Celso, moderatus concubitus est, quem neque languor corporis, neque dolor sequitur. hic corpus excitat. Igitur si talis est, nihil habet formidinis, statim à moderato concubitu, moderatè etiam exerceri. Si quidem immoderatius esset indulgendum veneri, aut post venerem ad immoderatos motus cogeremur; satius esset somni bonam partem ad reficiendas vires in coitu collapsas reseruare. modo verò artem optimam tuendæ valetudinis requirimus, per quam omnia aguntur moderatius. Multo minus habet probabilitatis, quod de præcauenda refrigeratione dicebatur; nam magis copiosum calorem cótraxere membra post somnum, quam statim ab assumpto cibo: sunt enim eo tempore melius refecta: cibi vero non aliter calidi sunt, quam reficiédo. pri-

mo.

mo enim occursu potius refriger.nt. quare, cibus non ingestus ad satietatem multo minus impedit futuram Venerem, quam satietas: tamen tam vtilis non est, quam completa cibi concoctione, saltem secunda, nullo denuo sumpto cibo. Quare quod ad hanc partem attinet [ad tuendam dico valetudinem] decepti prucul dubio sunt illi authores. At fortasse conceptui recte prospexerunt. Sed neque hoc videtur exacte fecisse. nam peractis illis concoctionibus, non dubium, quin plus, con coctiusque semen sit effluxurum. Quod verò de quiete ad retinendum dicunt, nihil moror. id enim mulierem solùm expedit facere. nisi maius virum in lecto continere, vt concipiat mulier. Iam verò mulierem ipsam, vt concipiat, & coctum, benèque elaboratum semen præstet, melius est quiescendi ad conceptionem tempus, tempori exercitationis detrahere, quam concoctionis. Iube igitur, si omnia melius agi vis, & circa parentum valetudinē, & liberorum procreationem, dormire ambos parentes ab assumpto cibo, quantum satis est, indulgere deinde veneri moderatè, postmodumque virum ad consuetos labores remitte, fœminam in lecto aliquanto plus iacere fac. Nulla itaque ratione videntur illi authores posse ab errore vindicari. Nisi forte dicas, il los non consuluisse, quæ optima esse præsensissent, sed quæ hominum intemperātiam ferre posse, non desperabant. Cum enim à ci-

bo,

bo, & potu recens ingeſtis adeo homines inſtigentur ad venerem, ad quam ſua ſponte sũt procliues: fortaſſe non ſperabant fore, vt aut completum ſomnum expectarent, aut ſaltem completę concoctionis tempus. eoque conſuluere, quod minus erat factu graue, à prandio deambulare, & à cœna tantillum dormire. Sed quicquid illi dixerint: ſi quis ſibi benè vult, interdiu abſtineat. facit enim eo tempore Venus laſsitudines. Noctu tantum ſomni expectet, quantum ad ciborum confectionem ſentiat ſuffeciſſe: poſtmodum verò ſi tantillum ſomni veluti auctuarium, recreandarũ virium gratia, velit addere; id etiam probo. modo prolixus hic ſomnus nõ ſit, neque commodæ exercitationis obliuionem faciat.

Cur quæ de Menſa cadebant apud veteres tollere fas non erat, & cur Apij coronis in conuiuijs non vtebantur. Cap. VIII.

ANtiquorum fuerat in conuiuijs mos: vt ſi quid de menſa decidiſſet: haud quaquã illud tollerent: quod Pythagoricis maxime interdictum fuiſſe legitur. Id autem, vt nonnulli dixere, ideo cautum, obſeruatumque fuit: vt modeſtè in ſympoſijs, minimeque petulantèr conuiuæ diſcumbere condiſcerent. Ariſto-

stophanes autem icirco id obseruatum fuisse asserit, quoniam ea, quæ de mensa cadebant, heroibus sacra esse veteres credidere. Sed & illud etiam non obmittendum esse cense Leonicemus quod omnibus ferè coronamentorum generibus, in Symposiorum licentia antiquiores vtebantur, & ex omnibus paßim herbis floribusque serta nectebant, præterquam ex Apio. Hoc autem ideo: vt inquit Duris Samius in ijs, quos de certaminibus scripsit commentarijs, quoniam lugubre est Apium, luctibusque magis, quàm hilaritati conueniat. Quamobrem tumulorum thecas [vt aiunt] antequàm in illis mortuorum imponerent corpora, Apij folijs sternere consueuerunt nocturna conuiuia; & vespertinas cænas hominũ corpori sunt salubriores. Lunæ etenim mirificũ sydus, ad esculentorum concoctiones maximè facere dicunt: neque hoc ab re mehercule, putrescere namque humida sui natura, cum parua caliditate, ipsa facit luna. Concoctionem autem putredinis quoddam esse constat genus, quamobrem quæ noctu immolatæ fuerint hostiæ, quàm quæ interdiu, citius putrescere animaduertuntur, & ligna, quæ ædificiorũ gratia, ad lunam cæduntur iniuriam sentire syderis, & faciliùs putrescere autumant. Fructus quin etiã ferè omnes ad Lunam cito mitescere: & ad maturitatem peruenire dicũtur.

Si Homo solus ad Venerem pro libidine quocunque anni tempore accedat Cap. IX.

RElatum est ab ijs, qui scribunt historiam de animalibus, vnium esse hominem, in omnium animantium genere, qui calidis in potu vtatur, nam cætera quidem animantia in totum abstinent, sicut etiam de Venere illud obseruatũ à Philosophis, Homines ipsos quoquinque anni tempore pro libidine, ad Venerem accidere, & in coitu esse. Cum alia fere animantia custodiant suum tempus, & proprios coitus certis temporibus habeant, quos vocant statos. Sed hæc vera non sunt, nam experientia videmus canes masculos: semper ad Venerem esse promptos, si fœminæ eos recipere vellent, & passeres, & Leones, & gallos venere vti, quamuis non semper pariant, quod de multis animalibus in tanta naturę varietate dici potest.

Quod

Quodnam est animal quod magis tempus conterat in edendo. Cap. X.

ANimal, quod magis comedit, est musca, quæ continuo cibo os aperit, & ita dulce illi placet, vt eundem importunè semper repetat, quamuis flabello repulsa, identidem se ingerit, neque plagę acceptæ eam retinent. quare ex hoc constare potest, muscam esse omnium animalium edacem, & etiam per molestam, cũ nos maxima molestia afficiat, & aliquando rostro quasi perforet pellem hominis. Albertus Magnus dicit quod musca integra glutita, non nocet, sed fracta vomitum excitat, maximè in pueris; fracta, & alligata in loco veneni ad se attrahit venenum. Dicit etiám esse aliquas muscas, quæ maximè fugiunt humiditates, quas vnquam fortasse vllus conspexit, & satius esset eas apud nos esse, quam eas, quæ humiditatibus perfruuntur, sunt enim nobis maximo tædio.

De Corinthio ære, & illius temperatura. Cap. XI.

COrinthium æs, quod antiquioribus sæculis maximo fuisse in præcio, vetere se

ruau

rum ſcriptores prodidere, non ex metallis ęris, quæ apud Corinthum nulla fuere, conſtaſſe perhibere, indeque nomen reperiſſe: Neque quod falſo dixere quidam: quoniam fortuita quadam mixtura Corinthi apparuiſſet, cum quędam conflagraſſet domus, in qua auri, argentique verum plures ęris ſeruabantur maſſæ. Sed ob artem ipſam confecturæque modum, qui Corinthi fiebat, ſic fuiſſe appellatum conſtat. Candens enim æs frigidiſſimo in fonte Prienes demergebant, ex quo illius occulta vi, ſingulare temperamentum ſpeciemque illam ſaturata combibebat maſſa, quibus ad vaſa, & ſtatuas, & id generis cætera reddebatur aptiſsima, ſpeciéque, & decorem eximium contrahebat. Erat autem Pirenæ Corinthiorum in arce fons perēnis, cuius perſpicui latices, & potu ſuauiſsimi, ex candidiſſimis marmoribus ſpeluncarum, continenter poſitarum ſpeciem prębentibus, ſcaturientem in ſubdiualem deriuabantur. fontem; qui vniuerſę poſtea vrbi ſalubrem pariter, & vberem ſubminiſtrabat vſum. Hunc ex puella quondam in lachrymas reſoluta, largiter effluxiſſe, vulgi conſtans priſcis temporibus fama percrebuit.

De Oraculis Dæmonum.

Cap. XII.

NEgandum est Dęmones, vt dicunt Conimbricenses aut cœli intuitu, aut propria scientia, futura, contingentia, & euentus fortuitos certa noticia prędidere. Quare ipsi cum eiusmodi futura enuntiant, oratione in diuersas partes flexibili, & ad vtrumque euentum sophisticè, & ambiguè composita vti consueuerunt: vt si res secus euenerit, non ipsorum falsitati, aut ignorationi, sed interpretum inscitiæ ascribatur. Tale fuit oraculum illud, quod Crœso Regi Asiæ reddiderunt.

Crœsus Halim penetrans magnā peruertet opum vim:

Ex quo elici non poterat, suamne an hostium vim esset peruersurus: vt etiam illud.

Intrepidus si Crœsus transmiserit amnem.
Imperiū perdet magnū, regnumq; superbū,

vt etiam illud, qui oraculo Apollinis consuluit, vtrum si post bellùm superstes remaneret, respondit, Ibis redibis non morieris in bello; vt etiam illud Mamphredi Apulię Regis, qui maximam familiaritatem, cum Diabolo haberet, dum aduersus Carlum Galliæ Regem bellum initurus, ipsi consuluit, an victor, vel victus remaneret. Non non (responsum fuit) superabit Gallus Apulum, communem mo-

dum loquendi ſecutus, cum enim aliquid efficaciter negare velimus, bis, & ter idem repetimus. Et illud quod Pyrrho Aeaci, ex Achille nepoti, imperium orbis agitanti, & Romanorum vires pertimeſcenti, responderunt: Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe: quibus verbis non certo conſtabat, ipſene à Romanis, an ab eo Romani ſuperandi eſſent. Sępę etiam reſponſa Dæmonum palam mendacia, ac vana deprehenſa ſunt: vt de Apolline confeſſus eſt Porphyrius, in lib. de oraculis, referente Euſebio lib. *6.* de præparatione Euangelica cap. 4. & Oenomanus Græcus auctor, qui quam plurima Apollinis oracula falſa collegit, ac literis mandauit, teſte eodem Euſebio lib. 5. citati operis, cap. 10. Denique nonnunquam Dæmones quædam futura contingentia, vera prænunciant, Aliquando etiã impia præceperunt, vt Athenienſibus qui annona carebant Apollini conſulentibus, reſpõdit oraculum. Androgei mortem cauſam fuiſſe, & ideo Græcis iterum petentibus, dixit.

Deligite ex omni ſeptẽ vos corpora ſexu,
Atque ea Regi Minori mãdate quotannis.
Per mala ſic hæc veſtra Dei placabitis irã.

Quare ſatis conſtat oracula, vel falſa, vel ambigua pronunciaſſe, vel mala commiſiſſe, vel dignos laude improbaſſe, vel infames laudauiſſe. quare factus eſt liber à Plutarcho Philoſopho de falſitate oraculorum, quod ea vide-

licet non modo ficta, ac falsa forent, sed interdum etiam ridicula, hominumque commentis temerè comprobata. Demosthenes etiam fraudes, ac deceptiones oraculorum cognouit, in quo facilè possumus cognosse antiquiores illos, presertimque doctrinis, & prudentia excultos neutiquam istis deceptionibus fidē adhibuisse. nam & illum quoque responsum, ex Delphico, vt diximus de Rege Pyrrho.

Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

Falsum omnino, M. Cic. affirmauit, adhibitis etiam rationibus, cur ita demum referret. Primo, inquit, nunquam est Apollo latinè locutus. Deinde etiam Sors hæc Grecis quidē inaudita est; sed & Pyrrhi tempore Apollo ipse versus facere desiderat, hactenus Cicero. Sed enim potius id Poeta Ennius pro tempore confixit: quoniam sit Poetis ipsis concessum, non modo fingere aliquid, sed mentiri etiam, & falsa dicere. Itaque meritò ab eodem Cicerone dictum est; Apertè quidem cō uincitur cætera omnia Delphica parùm syncera fuisse: quod itidem à plerique Philosophorum copiosè assertum: vt diligenter Pamphilius Eusebius ad Episcopum Theodorum demonstrat.

De

De Pindari Vatis sepulchro & de anu Thebana, Pindari Vatis cognata. Cap. XIII.

THebis iuxta . stadium Hippodromus fuerat, in quo Poetæ Pindari sepulchrum visebatur, quem ferunt, cum puer adhuc esset: & æstatis tempore Thespias pergeret die ferè medio, calore, defatigationeque vexatum, cũ paulùm è via diuertisset, in gramine consedisse: & vt erat, profundissimo obdormiuisse somno, ad cuius os postea dormientis apes aduolasse: & eius in labijs mellis fauos constipasse perhibent. Et hoc, (vt aiunt) odarum, poeticæque fuit exordium, à quo in vniuersam postea Græciam celebris illius fama defluxit. Cæterum maximam illi artis huius dignationem, & gloriam delphici Apollinis oraculo obtigisse fama est. Si quidem Delphis hominibus mandasse perhibetur: vt eorum quæ sibi oblata forent, æquam Pindaro portionem darent, Ferunt quin etiam Pindaro iam senescēti huiusmodi apparuisse in somnium: assistentem scilicet visam Persephonem, de illo conqueri, quod sola Deorũ illius carminibus celebrari non meruerit. Cæterum haud multo post, fore dixisse: vt cũ ad se accessisset ille, himnum in sui laudem, vel mortuus

componeret. Et Pindarus quidem decima ab hoc somnio aduentante die vita functus est. Thebis autem anus quædam erat, [vt aiunt] quę per omnem ferè ætatem hymnis, cæterisque huiusmodi pœmatibus impensam semper nauauerat operam, cum natura [vt par est] ad ea studia illam impellen e; tum Pindari etiam Poetæ consuetudine edocta, cui illa saguinis cognatione fuerat propinqua. Huic Pindarus dormienti noctu astitisse: & hymnum in Persephonem compositum, à capite ad calcem integrum cecinisse dicitur. Experrecta mulier, quem adhuc mente tenebat hymnum, ijsdem conscripsit verbis, quibus Pindarum in somnis recitantem audiuisse visa est. In quo hymno, & alia Plutonis cognomina leguntur, & Chrysenios Deus, id est, aureis vtens habenis, à Pindaro appellatus est: quod maxime in illum propter Proserpinæ raptum: & merito dictum esse videretur. vt ait Leonicenus.

De Variis bibendi consuetudinibus apud Grecos. Vnde & de diuersorum generum calicibus agitur. Cap. XIV.

VArias fuisse bibendi consuetudines, & modos apud antiquos, author est Critias

tias, in ijs, quæ de Lacędæmiorum republica scripsit commentarijs. Si quidem Chios, & Thasios in symposijs suis, & epulis, magnis calicibus ad dextrã bibere solitos fuisse scribit. Athenienses, verò ad dexteram identidem, verum minutis pocillis potare consueuisse. Thesalos autem dicit nullo penitus ordine, cuicũque conuiuarum libuisset grandes appositos calices propinasse. Apud Lacedæmonios verò singulijs conuiuijs, singulos apponi solitos, calices scribit, quibus astantes pueri, quantum fuerat meri ebibitum, tantundem illico refundebant. Fictilibus quinetiam vti solitos in symposijs Græcos Athenæus commemorat, scribitque ab Aegyptia Copto fictiles aduectos calices, gratissimi fuisse vsus, quos illi ex subacta prius cum aromatibus quibusdam, argilla factitasse ferebantur. Idemque refert authòr. Aristotelem Philosophum in illo, quem de ebrietate inscripsit commentario, Rhodiarum cognomento, ollarum peculiariter meminisse, quas cum voluptatis, tum etiam ebrietatis vitandę gratia symposijs inferri solitas cõmemorat. Factitatas autem fuisse illas ex myrrha, schenanto, croco, balsamo, amomo, cinamomo, mixtis, & cum illarum materia subactis: Quorum caliditate innata, & ebrietas arceri facile, & veneris tentamenta à crassis excita, flatibus, salubriter inhiberi poterant. vt ait Leonicenus.

An sæcula nostra sint antiquis peiora, Cap. XV.

EST vetus quotidiana, & popularis quærimonia quod mores deprauentur, & quotidie in peius ruunt; si hoc esset homines, nō solum bipedum, sed quadrupedum impurissimi iam essent, quod quidem profectò verum non est, sed aliquam vicissitudinem rerum fateri oportet. Nam antiqui res perfectas non ad inuenerunt, & ætas nostra, vt inquit. Tacitus multa laude digna peperit. Hanc querimoniam a sensibus proficisci vnusquisque facilimè credere potest, qui cum florentem, & lętā iuuentutem transegerint, senectutem attigerint, ęgrè ferunt, adolescentes voluptatem quęrere, cumque propter ętatem debiles, & propter ipsam senectutem ferè omnibus permolestam, aliquando illi contemptui sint, a quibus antea maximo in honore habebantur; his, & quibusdam falsis opinionibus decepti, non fidem, non amicitiam inter homines, nō in rebus integritatem esse existimant, & ideo mirabilia iuuenibus, quæ temporibus suis acciderunt, ridiculé commemorant, quibus profecto accidit, vt nauigantibus vsuuenire solet, quibus colles, arbores, montes, ac terram nauigare videtur, voluptatem, iustitiam, humanitatem in senectute derelictam putant, quare

hæc solummodo à quadam rerum vicissitudine exoriuntur, virtutes regnauerunt, deinde vitia successere, & e contra. Videmus enim terram vno tempore florere, deinde vicissim horrore, virtutes abeunt, vitia succedunt vitia abibunt, virtutes sequentur, nam & eadem vicissim retro commeant, quod nos nunc vituperamus, idem crimini dabant maiores, & nos dolorem illorum dolemus, sed non omnia quæ dolemus, eodē iure quæri possumus, posteri etiam de hoc dolorem capient, & palam vociferabunt virtutem interijsse, malitiā regnare, humana deteriora fieri, & omnia scelera largè latèque vagari, sed profectò omnia semper eodem modo fuerunt, & erunt, & vt ait Aristoteles plus & minus non faciunt specie differre, sed tanquam fluctus sic feruescūt, quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab alijs recedunt, nos verè dicere possumus, semper pessimos fuisse, esse, & fore, neque degenerationes liberorum à parentibus, sæcula corrupta non indicant, nam etsi Camillus sui similes liberos non habuerit, neque Scipio, neque Catones, qui magni fuerunt, nec Homerus, Demosthenes, Virgilius, Crispus, Terentius, Plautus, cæterique alij, neque ipse Cæsar & Tullios cui soli melius erat liberos non habere parum refert quia placuit mundo quod ex viris sapientibus plerumque ignaui, ac dementes orirētur, sed vt plerūq; verissimū etiā est, filios sapiētes, à parētibus insanis oriri. nā

quot

quot sunt illi, qui vilissimo loco, vilissimoque parente nati, ad summum rerum fastigium peruenerunt, quos hic necessarium non est recensere. Eandem enim ætatem attingunt, homines, quam antea antiquis attigerunt Mors in omnibus sæculis, omni ętatem semper fuit communis, patres filios, & filij patres sepeliunt, semper fuit. religionis affectus in omnibus, plus & minus, vt superstitio homines exercebat: inuenti sunt religionis contemptores, iustitia, & iniustitia, fortitudo, atque ignauia prudentia, & stultitia, temperantia, & intemperantia, castitas, & luxuria charitas, & odiũ erga Deum, & homines, charitas erga patriã & filios charitas, odiumque fratrum, fides amor & odium coniugale, proditio, spes patiẽtia, timor, constantia, inconstantia, seueritas grauitas & maiestas, amicitia, inconstantia, pax, concordia, bellum, humanitas, clementia, crudelitas, ira, mansuetudo, liberalitas, auaritia, paupertas, diuitiæ. animi moderatio, disciplina militaris æmulatio, violentia seditio, gratitudo, ingratitudo, inuerecundia, taciturnitas, necessitas, varietas casuum, morum & fortunæ mutatio, fęlicitas, infœlicitas, immoderatus sumptus, & luxus, glorię cupiditas, eloquentia, glorię contemptus, hospitalitas temerarium iudicium, fraudes, leges, cõsuetudines, superbia, humilitas, obedientia, vitæ cupiditas, senectus, adolescentia, contemptus diuitiarum, vita solitaria, lectio, studium,

vestitus, sapienter dicta, atque facta, non solum apud antiquos, sed etiam apud recentiores inuenta sunt; atque de his omnibus apud Historicos, non solum antiqua, sed etiam recentia reperies exempla. Mundus à Deo recte fuit conditus, sed inobedientia, atque superbia primorum parentum, nos maximis vulneribus affecit; paulo post hac ratione mũdi homicidia perpatrata sunt, deinde furta subsecuta, deinde omnium scelerum genera; quæ paucissimi deuitarunt, plurimi verò imitati. quare cum semper fuerint, vsque ad finẽ etiam perdurabunt. Quamobrem non est, cur dicamus nos mundum pessimum inuenisse, mundus enim semper idem fuit.

De Ingenio Ciceronis.

Cap. XVI.

MVlti fuerunt, qui ingenium Ciceronis idonee laudauerunt, vt Boetius, Macrobius, Plinius, & Augustinus. Boetius itaque non modo sic vtitur, identidem Marci Tullij testimonijs, vt ea pro firmissimis, & inuiolabilibus obijciat argumentis, sed & ipsius Topicorum, qui maximus est honor suscipere interpretationem non erubescit. Macrobius autem sic in vnius eiusdem libri, vel exigua particula, versatur, vt nec Platoni comparem facere, nec omnibus insignire eum disciplinarum

omnium titulis dubitauerit. Denique Augustinus cum in Academicis, quamquam sub alterius persona, nunc suum Ciceronem, nunc sapientem appellans, tandem ab ipso, inquit, Latinam linguam Philosophiam, & inchoatã esse, & perfectam: tum in confessionibus, vbi neutiquàm personatus, eos ex professo damnat qui linguam Ciceronis mirantur, pectus non ita. Quinimo, quod affectum mutauerit ipse, quòd ad Deum præces, & vota conuerterit, quod desideria non eadem, quæ prius habuerit, quod omnis ei vana spes euiluerit, quod immortalitatem sapientiæ quæsierit, æstu cordis incredibili, postremò quod iam surgere cæperit, vt ad Deum reuerteretur, cuncta hæc esse munus Ciceronis, munus fatetur, vnique prorsus illius libro, qui vocaretur Hortensius, omnem suæ salutis occasionem retulit acceptam. Non enim ad acuendam linguam, liber (inquit) ille offerebatur, nec loquutionem mihi, sed quod loquebatur, persuaserat. Quod isti vtinam legissent, qui, vt inquit Politianus somnium ægroti nobis Hieronimi vapulantis, ad tribunal obiectant, nec illud saltem cogitantes, illum ipsum Hieronimum, quum post repetitam dein statim Ciceceronis lectionem, periurus à Rufino arguere tur, etiam grauissimè conqueri, quod sibi ab illo suamet somnia obijcerentur Apollonius quoque ille Molo, Rhetorum omnium sui téporis celeberrimus, audita semel Græca M.

Tullii

Tullij, ſed & extẽporali oratione, defixus diu ſtetiſſe,ac deniq; ita mirabũdus pronũtiaſſe dicitur? Ego verò te quidẽ Cicero, cũ laudo, tũ admiror,ſed me Græcorũ fortunæ miſeret,tædetq;, quod humani atis,& eloquentię decora, quæ ſola nobis reliqua fęceramus, ea quoque per te [quantũ intelligo] Romanis arrogãtur. Enimuero hoc illius iudiciũ non Latinus, nõ ineptus aliquis,ſed Plutarchus ipſe Gręco vir ingenio, Romana grauitate,in literis retulit. Ergo adhunc ſane modũ dè ſciẽtiæ ipſius, deq; Græcę linguæ peritia,teſtatũ nobis veteres reliquerunt,Sed illud mirabilius,quod Arpini natus, Romę educatus,inter decẽ & ſex ciuitatis nobiliſsimos Patricios fuerit cõnumeratus,ſolus in turbulẽtiſsimis belli ciuilis tẽporibus,[vt ait appianus] Comitia haberi iubebat, poteſtatẽ in populo,authoritatẽ in Senatu ſolus habebat,& tãquã Florẽtiſsimę Reip. Princeps omnia exequi curabat illius cõſilio Octauianus maximis precibus id cõtulatum ab eo petens,cõſulfuit creatus. Quare & ipſe Auguſtus,poſtquã Læpidi,& Antonij arma,in ſe ipsũ ceſſere,quiq; cũcta diſcordiis ciuilibus feſſa,nomine Principis ſub imperiũ cępit,eius filiũ Cõſulẽ creauit, vt õnes ſcirẽt ſe inuitũ ad familiæ Ciceronianę ꝓſcriptionẽ deſcẽdiſſe. Cicerone loquẽte,vt ait Plini⁹,legẽ Agrariã,q̃ ꝓprla alimẽta ſignificat,tribuni reiecerũt,ipſo dicẽte Roſcio legis theatri auctori Romani pepercerũt,ipſo perſuadẽte filijs ciuiũ ꝓſcripto-

rum concessum fuit, vt honores, & magistratus peterent, Catilina eius iudicium fugit, ipse M. Antonium proscripsit, Primus pater patriæ omnium suffragio est nuncupatus. Sed deploranda est eius crudelissima cędes. nam quantopere seuitum sit in eum à M. Antonio, post eius cędem, testis est vniuersa antiquitas: qualique ignominia, & iniurijs affectus fuerit, cum eius sacrum caput, ac manus crudelitèr abscissæ, ac pro rostris affixæ fuerint. Primo enim allatum ipsi Antonio caput, in mensa apponi voluit, perque diem illud aspexit, quousque tali spectaculo animũ exsatiasset: deinde tollendum præcepit, vt Appianus Alexander refert. Sed quod est apud Dioné Prusieum, & in Suidę collectaneis notatum, repetendum arbitror, ne tam sæuam, tam crudelem, sceleratamque immanitatem in sacrosanctum eloquentiæ Principem non consideremus: præsertim agente hoc fœminæ improbitate. Nam cum Fuluia Antonij vxor, eiusdé Marci Tullij caput in manibus retineret, primo illud maledictis, ac diris execrata est: deinceps etiam inspuens gremio suo apposuit, acriusque inspiciens, linguam quoque illi è faucibus extraxit, et in eam sæpe aciculam infixit, qua tunc ad ornamenta capitis vtebatur nequid omnino posset ab aliquo desiderare, in quo muliebris sæuitiæ argumenta deessent. Huius autem cædem, atque immane facinus permulti apud veteres, tum prosa, tum carmine

ne deplorarunt: vt Porcius Latro, Albutius Sylo, Cæstius Murrhedius, aliique. Sed nemo tamen elegantius, doctius, efficatius, quàm Seuerus Cornelius his versibus: vti ab Anneo Seneca traditum est.

Oraq; magnanimũ spirantia penè virorũ,
In rostris iacuere suis. Sed enĩ abstulit õnis,
Tãquàm sola foret rapti Ciceronis imago.
Tũc redeunt animis ingentia consulis acta,
Iurat æq; manus, deprensaq; fœdera noxæ,
Patriciumq; nefas: est nũc, & pœna Cethegi,
Deiectusq; redit votis Catilina nefandis.
Quid fauor, aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerint? sacris exacta quid artibus ætas?
Abstulit vna dies æui decus: ictaque luctu
Conticuit, Latiæ tristis facundia linguæ:
Vnica sollicitis quondam tutela, salusque:
Egregium semper patriæ caput: ille Senatus
Vindex, ille fori, legum, ritusque, togæque
Publica vox eius, æternum obmutuit armis:
Informes vultus, sparsamq; cruore nefando
Canitiẽ, sacrasq; manus, operũq; minstras
Tantorũ, pedibus cuius proiecta superbis
Proculcauit ouãs: nec lubrica facta, Deosq;
Respexit: nullo luet hæc Antonius æuo.
Hoc neq; in Aemathio mitis victoria Persę
Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo:
Inq; triumphato ludibria cũcta Iugurtha.
Affuerat: nostræq; cadẽs ferus Annibal iręs

Mem-

Membra tamen Stygias tulit inuiolata sub
vmbras.

De pulchritudine, de Amore, de Odio, de indignatione, de gratia, de Zelotipia, de vino, de mulierum excellentia, de Matrimonio, de diuitiis, sermone vernaculo multa in Spensieratorum Academia, satis superq; habuimus, publicusq; monumentis consignauimus, vt nunc necesse sit, nihil recensere.

De Miraculis. Cap. XVII.

Aegeles Samius, Athleta, mutus cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus, & prœmium eriperetur, indignatione accensus vocalis euasit. Remigem in littore Tyriorum sentinam haurientem, cum è naui fluctus abiecisset, altero latere repercussum, contrarius fluctus in nauem retulit, itaque miseri simul, ac fælicis complorationi permixta fuit gratulatio, nec illius quidem paruæ admirationis oculi, quem constitutam certa acie luminum, vsũ esse, vt a Lylibeo portu Carthaginensiũ egredientes classes intueretur, & Poeta Antipater Sidonius, omnibus annis vno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur, cum que ad vltimam ætatẽ peruenisset, natali suo certo illo ciruitu morbi consumptus est, & Mœcenas donec vixit, febri laborauit, trienio que suæ vitæ postremo nunquàm sensit se

dormire

dormire. Admiratione dignus eſt caſus Ferei, qui deſperata ſalute in apoſtematis morbo quo diu laborauit, quia in medicis opem nullam inueniebat in prœlium ad comparandam mortem, vt ita morbi moleſtiam finiret, deſcendit, Vulnereque in aduerſum pectus accepto, quo apoſtema vires ſuas effudit, ſalutē, quàm antea neque medici, neque eorum remedia præſtare potuerant, ab hoſte retulit. Cardanus commemorat Bartholomeum, Rauascerium, quem ſtrenuum, & fortiſsimum appellat, à me etiam cognitum, ad cuius nutum aures mouebantur. iſtius hominis fixa adhuc remanet memoria apud Senes Patauij, vbi ipſe in literas incumbebat, qui miranda de hoc homine commemorant. Ego cognoui Alexandriæ puerum annos quatuor natum, cuiuſdam Nobiliſsimæ mulieris filium, habentem priapum tam longum, latum, & craſſum, denſiſsimis, longiſsimiſque pilis circunſeptum, vt circumſpicientes maxima afficeret admiratione vocem deinde tam ſonoram, & tremulā emittebat, vt noctu etiam animo conſtantes perterrefeciſſet.

De ijs quæ cuiq; magnifica contigerunt.
Cap. XVIII.

PIthagoræ tanta veneratio ab auditoribus attributa eſt, vt quæ ab eo acceperant in

disputationem deducere nefas esse existimarent. Gorgiæ Leontino studijs Literarum ętatis sue cunctos præstanti adeo, vt primus in cōuentu poscere, qua de re quisque audire vellet ausus sit, vniuersa Gręcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit, cum cæterorum ad id tempus auratas collocasset. Beremicæ quoque non vulgaris honor cui soli omnium fœminarum gymnico spectaculo interesse permissum est. Inter eos vero, quibus in vita magnæ res, ac memoratu dignę contigerunt, Pyrrhum, haud iniuria ante alios commemorabimus. Antigonus enim Asiæ atque Syriæ Rex militaris artis pertissimus, hac eum laude extulit: affirmauit, si consenesceret, primum ętatis suæ belligerendi ac militarium rerum ducem fore. Annibal quoque cum Scipione de militaribus ducibus, qui vnquam virtute insignes fuissent, minime obscura primum esse Pyrrhum, nominauit, Scipione idem affirmante. Itaque ingens profecto laus ducenda fuit, à tribus tantis viris, bello tam excellentē duci, atque Romanis ducibus præponi, qui ante eum rerum pręclarè gestarum magnitudine plurimum excelluerunt. Magnum, & quod sūmopere magnificum existimari debeat, testimonium fuit, quod Græci omnes Aristhidis Atheniensis virtuti prastiterunt, cum omnes concordes, ob insignem virtutem Aristidem iustum cognominarunt. In Hermete qui idem est quod Mercurius, quem Eupolemus Græ-

cus Mosen dicit fuisse, à Græcis Musæum appellatum, à quo Orpheus permulta didicit, tria quæ plurimum excellerent, inuenta fuerunt . propter quæ dictus est Trismegistus (quod latinè ter maximus sonat, id quod Põpeio, Alexandroque semel tantum attributũ) nam & Rex maximus in Aegypto fuit, item Philosophus mira præditus doctrina:prĕterea sacerdotali honore, qui maximus erat, insignis: quibus de rebus ab Aegyptijs post mortem inter numina cultus est, primumq; anni mensem ei sacrarunt, vrbemque in Aegypto clarissimam ab eius nomine Hermopolim nũcuparunt. Inhærent illi voci Posterioris Africani septem C. Marij consularis; ac duo amplissimi triumphi: rogum enim vsque gaudio exultauit: qui cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereretur,& forte inter cænam, quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam Respub. ęquè magnum habitura esset Imperatorem, respiciens se supra ipsum cubantem,vel hunc,dixit. Quo augurio virtus perfectissima, maximam orientem virtutem viderit nè certius, an efficacius acciderit, perpendi vix potest. Illa nimirum cæna militaris speciosissimas tanta in vrbe Mario futuras cænas ominata est. Nam postquam Cimbros ab eo deleto, initio noctis nuntius peruenit,nemo fuit, qui non illi, tanquam Dijs immortalibus, apud sacra mensæ suæ libauerit. Potest & M. Catonis è Cy-

pro cum Regia pecunia reuertentis, appulsus ad ripam Tyberis memorabilis videri, cui naue egredienti Consules, & cæteri magistratus, & vniuersus S. P. Q. Ro, officij gratia, præsto fuit, non quod magnum pondus auri, & argenti, sed quod M. Catonem classis illa incolumem aduexerat, lætatus. Merito commemorationi virorum Sulpitia Seruij Paterculi filia, Q. Fuluuii vxor, adiicitur, quæ cum Senatus, libris Sibyllinis per decemuiros inspectis, censuisset, vt Veneris Verticordię simulachrum consecraretur, quo facilius virginum, mulierumque mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur, & ex omnibus matronis centum autem decem sorte ductæ de santissima fœmina iudicium facerent, cunctis castitate prælata est. Magna profectò res ea fuit, quæ M. Varroni contigit, cuius viuentis imago in bibliotheca publica à Pollione posita fuit, qui honos doctissimis post mortem solum habebatur tantum enim & magnæ existimationis, & reuerentię per doctrinam Varro sibi pepererat, vt viuens quoque mereretur, eo honore perfruit, quod cęteri docti ancipiti spe etiam assequi cupiebant. Agrippinę Augustæ inter feminas Romanas, quæ ante eam fuerunt, vni contigit, vt Romani Principis vxor, soror, mater, ac filia haberetur, nam Germanici filia fuit, quem Tiberius imperij successorem adoptauerat. Claudium Augustum virum habuit. Caligulæ soror erat; de-
nique

niqne Neronem peperit. Non potest nisi mirares dici,& cui supra modum propitia se fortuna præberet, ea quæ Thomę Sarzano contigit, qui vno atque eodem anno Episcopus, Cardinalis, ac Pontifex creatus est, & in Pontificatu Nicolaus V. Appellatus: longe enim hoc difficilius, atque rarius fuit, quam Pompeium ante legitimum tempus triumphare. Petrarcę, Danti,& alijs ita Poesis præclare cõtigit, vt Principes Hetrusci sermonis habeantur. Boccatio ita solutus sermo, vt authoritatem omnibus præbeat pereximiam sed mirũ est in Ludouico Ariosto, cuius carmina Itali, Galli, Hispani, Germani, Armeni, & Turcæ, legere suauissimè gustauerint. Huic accedit Ioãnes Baptista Guarinus, cuius Tragicomœdia, iam ter decies ipso viuente est impressa. Bartolo ita leges fauerunt,vt Princeps Doctorum,quamuis Baldus eum ingenij acie longè superauerit, ab omnibus vociferetur qui propter excellentem doctrinam,& iucundissimos mores, Carolus quartus Imperator, insignia Boemę Regum magnificentissimè donauit. Ioannes Picus Phœnix ab omnibus vnanimi consensu fuit appellatus,& iure meritò, nam vt ipse in quadam epistola fatetur, mẽsis vnius spatio sermonem Hebræum legere, intelligere, & dictare didicerit. & Iason Mainus ex meretrice natus, & crudeli pręceptoris disciplina primò imbutus malè morigeratus, quippe qui in omnibus vitijs, præsertim in omni

genere ludorum esset immersus, pignori Hebræo, quendam eodem maximi pretij dare coactus fuerit perque ciuitatem sordidissimis vestibus obsitus progredi; tandem resipiscés, ita in iuris peritia profecit, vt Papiæ Ludouicus Sforza ad legendum accersiuerit, eundem Ludouicus Galliarum Rex legenté, cũ quinq; Cardinalibus, Ducibus, Comitibus, ac Marchionibus intentus audiuerit prius ei veste auro contexta donata.

Quantum intersit bonos habere vicinos. *Cap. XIX.*

SI quis iam prouectior ætatæ vitæ totius cursum relegat, comperiet maximam bonorum, malorumque partem à bonis, malisq; vicinis fuisse profectam. quod etiam Cato prodidit, de commodo vicino habendo, non solum ad Agricolas pertinere velit, sed etiam ad vnum quemque nostrum. At Catonis sententiam nonnulli quidam reijciendam esse duxerunt, quod in nobis situm non est, qualem habeamus vicinum, quem nonnũquam mors aliæqne diuersæ caussæ nobis cummutant. Id tametsi negari non potest, sapienter tamen à Catone pręceptum est, vt agricola quantum in ipso est, curet habere vicinum nec bonum tantum, sed & commodum. Bonus enim esse potest, qui tibi commodus non sit. Id vt contingat

tingat, duæ res potissimum adiuuabunt, diligentia in parando agro & commodi mores erga vicinum. Frequenter enim habemus malum vicinum, quod ipsi nos prebeamus malos vicinos. Quemadmodum igitur, vt eleganter scribit Calumella, sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. Quod facit, qui nequam vicinum suis nummis parat, cum à primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit:

Οὐδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽ εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Quod non solum de boue dicitur, sed de omnibus partibus rei nostræ familiaris, adeo quidem vt multi prætulerint carere pœnatibus, & propter iniuriam vicinorum sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimamus diuersum orbem, vniuersa gentes petijsse relicto patrio solo, Achæos dicimus & Hiberos, Albanos quoque, nec minus Siculos & vt primordia nostra contingamus Pelasgos, Aborigenes, Arcadas, quam quia malos vicinos ferre non potuerint. Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquamur, priuatos quoque memoriæ tradidit, & in regionibus Græciæ & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos: nisi Autolycus ille potuit cuiquam tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola, Palatinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malumus enim præteritorum, quàm præsentium meminisse, ne vicinum no-

ſtrum nominemus,qui nec arborem prolixio rem ſtare noſtrę regionis, nec inuiolatum ſeminariū,nec pedamentū annexum vineę, nec etiā pecudes negligētius paſci ſinit. Iure igitur, quantum noſtra fert opinio. M. Portius talem peſtem vitare cenſuit, & in primis ſuum futurum agricolam præmonuit, ne ſua ſponte ad eam perueniret. Hactenus quidem Calumella declamatoria quadam eloquentia, ſimul,& Catoni patrocinatus eſt, & docuit, quanta peſtis ſit malus vicinus Tametſi Cato non ſolum de vicini motibus ſentit, verumetiam quàm lauta ſit re. Vicini inquit, quo pacto niteant id animaduertito. In bona regione bene nitere oportebit. Interdum enim nitor arguit agri bonitatem, in ſolo vero parum fertili declarat induſtriam agricolę. Porrò quemadmodum diligens vicinus exſtimulat ad ſtudium bene colendi, ita vicinorum luxus, ex ignauia corrumpit vicini familiam. Itidem, & præpotens vicinus opprimit propinquum pauperem,& ſupra modum tenues vicini ſemper aliquid abradunt, ſiue pręcibus, ſiue furto. Iam cum moroſis,& improbis vicinis nunquàm rixa non eſt, nunc de finibus, nunc de damno dato, nunc de ſtillicido, nunc de ſemita, actu vè; nunc de proſpectu, aut de lumine. Quod ſi fortuna nobis dederit talem vicinum, nec liceat mutare, reliquum eſt,vt noſtra commoditate reddamus illum ex malo bonum,certe caueamus, ne laceſsitus fiat incommodior Turpiſsi-

pissimum enim fuerit, si nostris moribus ex commodo vicino faciamus incommodum. Videlicet hoc est, quod præcipit Cato: Vicinis bonus esto. Et ne satis esse putares, si ipse temperes ab iniuria vicini, adiungit: Familiã ne siueris peccare. Mox indicat, quid vtilitatis capiatur ex bonis vicinis. Si te, inquit, libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes; operas facilius locabis, operarios facilius con duces. Si ędificabis, operis iumentis, materia iuuabunt. Si quid bona salute vsus venerit, benignè defendent. Olim igitur, qui fundum proscribebant, venalem præconem edocebant, quibus dotibus esset ager commcdabilis, quam salubri cœlo, quàm commendo situ, quam fertili solo, quam bene ædificatis villis. Sed vir acerrimi ingenij Themistocles, cum fundum venderet, iussit huiusmodi dotibus, & illud adijci, quòd haberet bonum vicinum. Id factum primum risu, iocoque multitudinis acceptum est, mox intellectum est hanc agri commendationem esse præcipuam. Plurimum itaque refert ad totius vitæ commoditatem, qualem quisque vicinum sibi deligat, tum quo pacto, qui contigit vtatur. Princeps, qui ditionem ambit, quam sine maximo negotio, summoque ditionis auitæ dispendio tueri non possit, malam vicinam sibi adiungit. Rursus qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros, & reipublicę amantes adsciscit, bonos vicinos adiungit.

Neque

Neque minimum interest, quas nationes in affinitatem ad glutinet. Qui dotis, aut honoris gratia sponsam adsciscit incommodis moribus, aut cui sint cognati procaces, malos vicinos sibi adiungit. Qui cum improbis init amicitiæ fœdus, malam vicinam accersit. Prima igitur cautio sit in deligendo, postrema in fugiendo, quod corrigi non posit. Quamquam ne fuga quidem debet carere cautione. Alio qui in vitium ducit culpæ fuga, si caret arte, neque rarò fit, vt odio mali præcipitemus nos in aliud grauius malum. Raro pænituit amicitię, qui iudicio delegit amicum. Et sæpe nostra culpa fit, vt rescindatur amicitia, quod amicis bonis vtamur non benè, tùm quod parum commodos amicos, nec ferre nouimus, nec emendare. Neque verò leuius peccant, qui cum inciderint in amicos pestilentes, nesciunt se se subducere, sed aut hæret his, quos oderunt clanculum, aut non dissuunt amicitiam, sed abrumpunt. Obstrepunt vndique querimoniæ deplorantium sibi ad studiorum cultum deesse Mecœnates. Atqui Mecœnas non statim amplexus est virgilium, aut Horatium, nec Mæuio Bauione fuit Mecœnas. Illud primum agat adolescens, vt egregium aliquod specimen, ceu pignus de se præbeat, non periturum quod in ipsum conferatur. Nec satis esse putet, quibuscunque rationibus abstulisse munus, vel prędam verius. Non est improbitate petendi ambienda benignitas,

sed

ſed literis, ac moribus ſemper in melius profi-cientibus, ſic inuitat fundus agricolam ad vbe riorem ſementem, ſi quod creditum erat bo-na fide, multoque cum fœnore reddat . Nec eſt ſubinde mutandus patronus, vt relicto, quē defatigaſti, quæras integrum , & vna quercu excuſſa, ſub alia colligas . Sic vni, aut duobus ſeruiendum eſt , quaſi ſis perpetuo ijſdem vſu rus . Nunc quam multos videmus , qui ſuis moribus, & literas odio , & patronos pudore inuidiaque onerant . Eſt quidem nonnulla gratitudinis pars literis dictiſque celebrare nomen patroni , ſed magni refert quo quem modo laudes . Vana laudatio fidem abrogat etiam vera prædicantibus , itaque fit , non vt lector melius ſentiat de laudato , ſed prius de laudante : Immondicæ laudes conciliant in-uidiam potius , quàm gloriam. Iam qui lau-dibus vehunt ea, quæ bonorum, ac ſapientum iudicio damnantur, laudando vi uperant . Primum, quod adfers ad Encomium ſit verū: deinde quod verum eſt , ſic tractetur , vt fat etiam veriſimile . Abſint autem Poeatarum quorundam hyperbolæ , quibus ex homine cum libet ; Deum faciunt, hæ virtutes potiſsi mum depingantur , quę fauorem, ac beneuo-lentiam conciliant, quod genus ſunt pietas, in tegritas, pudicitia, modeſtia, benignitas, mo-rum candor, ac facilitas . Nihil eſt humano ingenio inuidentius , nihil hominum iudicijs moroſius . Proinde ſi quid attingendum erit

carum

earum rerum, quas vulgus sic miratur, v t inui deat posside ntibus, id arte tractandum est, ne fascinatio metuenda sit laudato. Nullus inuidet opulento, qui quod vel ex benignitate fortunę, vel sine fraude partum possideat, sic habet, vt dispensator sit potius, quàm Dominus. Neque quisquam inuidet potenti, qui potens est reipublicæ commodis, qui quantum eminet dignitate, tantum se submittit modestia, comitate vincens etiam humiles. Nullus inuidet formoso, qui naturæ dono pudorem, ac pudicitiam adiunxit. Nullus inuidet valenti, aut longęuo, qui magno plurimorum bono valet, ac viuit. Quod si cui deest ingenium, aut ars ad hæc pro dignitate tractanda, abstineat potius, quàm velut malus pictor bonam formã imperitia sua reddat deteriorẽ. Alexãder ille fortasse morosius, qui nullius manu pĩngi sustineba ·, nisi Apellis. Nemo tamẽ egregio corpore à Fuluo Rutubaq; pingi cupiat. Quod emittis ĩ lucẽ publicã tale sit, vt posteritatis memoriã polliceatur. Deniq; sic tẽperãda laudatio, vt hoc officium non appareat esse tributum, eius animo quẽ laudas, nulli enim minus expetunt, aut sustinent etiam laudari, quam qui maxime promerentur. sed ipsi potius virtuti, quam nolentem etiam sequitur sua gloria, sed alijs ad similia studia prouocãdis. Sic & vtiliter laudabitur, qui promeritus est, & citra periculum inuidiæ, aut assentationis suspitionem. In defunctorum autem

laudes

laudes, vberiùs effundenda est vis eloquentiæ, cum iam mitior est inuidia, & minor adulandi suspicio. Hactenus ostendimus, quomodo studiosi suis patronis commendari queant. Nunc paucis attingamus, quibus rationibus, & studijs ipsis fauorem omnium valeant conciliare, Multis enim in locis iam linguæ bonæque quas vocant literæ magna flagrant, inuidia: quod quidem fit partim culpa maiorũ qui putant auctoritati suæ detrahi, si quid nouæ eruditionis accedat iuuentuti, contentique his, quæ pueri dedicerunt, alia nec doceri patiuntur, nec sustinent discere, vel quia piget, vel quia pudet, partim etiam eorum vitio, qui vetera noua inuehunt. Sunt enim in hoc ordine quidam intolerabili insolentia, qui simul atque tenuerint duodecim Latina, verba, & quinque Græca Demosthenes ac Cicerones sibi videntur effutiunt ineptos libellos, nonnunquã, & viculentes, liberales disciplinas omnes miro factu aspernantur, & in harum professores scurriliter debacchantur. Postremo res omnium & publicè, & priuatim erunt fæliciores, si suo quisque vicino bonum præstiterit vt inquit Paulus Manutius.



An in rebus gerendis sit properandum, vel lentè festinandum.
Cap. XX.

Multa sunt, quæ magis celeritate, quam tarditate terminantur, vt sunt omnes opportuni euentus, & ea, quæ non possint laudari, nisi per acta, vt etiam eę res, quę cunctatione non indigent, cum ijs perniciosior sit quies, quam temeritas. Labores quoque operariorum, nauigationes, itinera, & huiusmodi Cæterum ferè in omnibus rebus tarditas probatur, & præsertim in Principibus negotijs. quandoquidem à plebeiæ sortis hominibus si quid forte fit, vel prætermissum socordia, vel admissum temeritate; quemadmodum iactura lenior, ita & incommodum, quod acceptum est faciliore remedio sarcitur: at vero Principis, vel vnica cessatio, semelue præcipitatum consilium, Deum immortalem, quas tēpestates nonnunquam, excitat, quantas rerum humanarum ruinas secum trahit; rursum si adsit maturitas, quędam, ac moderatio simul ex vigilantia, lentitudineque temperata, vt neque per temeritatem faciat quicquam pænitēdum, neque per socordiam quidquam prętereat, quod ad reipublicæ commodum pertinere videatur. quid esse potest hoc imperio felicius

licius, (vt ait Paulus Manutius) firmius, stabiliusque; quamquàm hæc felicitas haudquaquàm ipsis imperij terminis circumscribitur, quin vndique longe, latéque ad finitimos populos dimanat. hoc dicitur, quia istis vitijs ingenia Principum ferè peculiariter videantur esse confinia. Homero, Agamemnoni vitiosam quãdam animi mollitiem affinxisse videtur, vt eius nullllum egregium facinus afferatur, aut animosum, nisi cum ob ereptam Chryseidē stomachatur, & Achillē sua spoliat Bryseide. Rursum Achilli parum moderatus impetus attribuit, nisi si cui tum videtur, cum in cõsilio districto gladio regem impetiturus, à Pallade cœrcetur, admonitus vt intra conuicia dū taxat indignetur. Atqui hoc ipsum erat impotentis animi, in frequēti Principum consessu, tot probris, tam manifestis conuicijs in eũ debacchari, penes quē rerũ erat summa. Achillem imitatus videtur Alexander ille magnus, ac planè vicit. quippe quem eousque pręcipitē egerit impetus animi, vt in amicissimos etiã ferrum distrinxerit. Agamemnonem Sardanapalus est, imitatus, sed ita æmulatus, vt longo præcesserit interuall o. Perpaucos autem reperias qui hæc secuti, tempestiuam celeritatem cum prudenti tarditate rectè miscuerint, nisi quod pro multis vnus sufficit Fabius ille Maximus, cui cognomen etiam additum Cunctatori: qui cum sibi laudē peperit immortalem, tum Romano Imperio cunctando restituit

rem

rem, aliorum Ducum inauspicata celeritatę iam ad extrema redactam. Itaque non sine causa est factum, vt hoc in tãtum arriserit duobus Imperatoribus Romanis omnium facile laudatissimis, Octauio Augusto, & Tito Vespasiano, quorum vtrique singularis quędam aderat animi magnitudo, cum incredibili quadam lenitate, facilitateque coniuncta: vt cum amabili morum popularitate, omnium animos sibi deuinxissent, nihilo secius tamen pari diligentia, si quando res virum postularet, celeriter res maximas confecerint. Octauius igitur his tam impense delectatus est, quemadmodum in noctibus Atticis libro decimo, capite vndecimo narrat Aul. Gellius, & hunc secutus Macrobius Satur. libro sexto, vt non in sermonibus modo quotidianis crebrius vsurparet, verum etiam epistolis suis frequenter insereret, admonens his duabus vocibus, vt ad rem agẽdam adhiberetur simul & industriæ celeritas, & diligentię tarditas. Quod quidem Gellius Latinis existimat vnico verbo dici, natura. Nam maturari, quod neque properè fiat, neque serius, quàm oporteat, sed ipso in tempore. In hunc sensum vsurpasse Maronem, cum ait Aeneidos libro 1. Maturate fugam. Quãquam omnino vox hæc apud auctores significat idem, quod festinare, sed ita festinare, ne tempus legitimum anteuertas. Si quidem festinata recte dixeris etiam propterea, maturata non dixeris. Neque dissident ab his, quæ

Sueto-

Suetonius tradit in huius vita: Nihil, inquiẽs, minus in duce perfecto, quàm festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur. Crebrò itaque illa iactabat; Festina lente. Nam qui tuto, citraq; lapsu rem gerit, melior est, quam audax, & confidens. Tutiora sunt enim quæ lentis consilijs prouidentur, quam quę calidis consilijs properantur. Diutius itaque deliberandum, priusquam aggrediare negotium, postea, quàm statueris, tum velociter peragendum, vt ad consultandi moram pertineat anchora, ad conficiendi celeritatem Delphinus. Huc pertinet Salustianum illud; Antequam incipias, consulto, vbi consulueris, mature facto opus est: Quam sententiam Aristoteles recenset sexto Moralium libro, tanquam vulgo iactatam. Aiunt, inquies, de quibus iam deliberaris ea celeriter esse peragenda cunctanter autem consultandum. Cuius actorem Biantem fuisse testatur Laertius, qui solitus sit admonere: Cunctanter aggrediendum negotium, verum in suscepto constãter perseuerandum: Nec admodum abludit hinc Mimus Publianus, opinamur: Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius. Idẽ ille dixit: Deliberare vtilia, mora tutissima est. Adde ijs prouerbium illud: In nocte cõsilium. Præterea Sophocleum illud in Oedipo Tyranno: Periculosa est propterea prudẽtia. Addendum his illud Platonis. Qui plus satis festinat initio, serius ad finem peruenit.

Paulo diuersius est, sed tamen ad hanc referendum formam, quod ait Quintilianus: Præcox illud ingeniorum genus non temerè, peruenire ad frugem. Et, quod vulgo dicunt, Qui pueri adhùc, & velut ante tempus sapiũt, eos in senectute stultos euadere. Quod Actius approbare videtur, qui apud Gellium ait, sibi in iuuenilibus ingenijs itidem, vt in pomis immaturis placere acerbitatem: nam hæc demũ maturescere. Porrò maturitas, tempestiuam affert suauitatem, reliquas ante tempus putrescere. Alter vsurpandi modus fuerit, cum admonebimus affectus animi, rationis velut habenis reprimendos esse. Si quidem Plato animum hominis in tres partitus partes, rationem, iracundiam, concupiscentiam, in hoc Philosophiæ summam sitam esse putat, si affectus pareant rationi, non aliter, quàm Regi, cui quidem ob id ipsum sedem in cerebro, velut in arce datam esse existimat. Peripatetici, quorum signifer Aristoteles, affectus, qui sunt animorum impetus quidam, ceu stimulos quosdam à natura datos existimant, quibus ad virtutis vsum, excitemur, quamquam reclamantibus stoicis, & nominatim Seneca in libris, quos ad Neronem scripsit, de ira. Putant enim effectus huiusmodi non modo nihil conducere ad virtutem, verum etiam officere: quamquam ne isti quidem inficias eunt, in animo sapientis illius, quem imaginantur reliqui primos impetus, aut euertere

solitos

ſolitos rationi, quos funditus extirpare non queas. Verum ijs, ne conſequantur aſſenſio, protinus à ratione reijciuntur. Hoc innuit Homerus, cum Iliados primo. Pallas à tergo adſtat Achilli, iamque manum admouentem gladio, coercat. Igitur violentos illos animi motus, Delphinum recte dixeris: ancorā moderationem, ſapientiam, Seneca ſcripſit, nulli rei prodeſſe moram, niſi iracundiæ. Immo, quicquid impensè cupimus, aut odimus, ibi ſalutaris eſt mora. Plutarchus in apophtegmatis Romanorum narrat Athenodorum Philoſophum, cum ob ſeniū impetraſſet ab Octauio Auguſto veniam redeundi domum, admonuiſſe eum, vt ne quid iratus liceret, faceretq;, priuſquàm viginti quatuor Græcorum literas apud ſe nominatim recenſuiſſet. Quo audito, reſpondit, ſibi adhuc illo opus eſſe, quo diſceret, & tacendi artem, atque hoc prętextu totum annum hominem apud ſe detinuit.
Huc ſpectat etiam Terentianum illud; Vide, ne nimium calidum hoc ſit modo. Sunt autem quædam ingenia, quibus calcaribus eſt opus; ſunt, quibus freno. Proinde rectę veteres illis à Delphino anchora complecti voluerunt, quod oporteat alterum, altero temperari, & vtrumque cum altero coniungi, quo videlicet eiuſmodi quidam animi habitus exiſtat, qualem Plato conflari putat ex Muſica, gymnaſticaque, ſi pariter exerceantur ratio terti, fuerit, cum admonebimus, in omni negotio

vitandam precipitem celeritatem : quod vitij quibusdam ingenijs peculiariter insitum est, vt illis in omni re quantulacunque mora longa videatur. Huiusmodi festinationis comites esse solent, error, & pœnitentia, iuxta versiculum illum apud Græcos celebrem.

Multis malorum est causa præcipitantia.

His occinendum nobile illud Catonis dictum Sat cito si sat bene, cuius mentionem fecit diuus Hieronimus, scribens, ad Pammachium in hæc verba : Scitum, est illud quoque Catonis, Sat cito, si sat bene : quod nos quondam adolescentuli, cum à perfecto oratore in præfatiũculam diceretur, risimus Meminisse te puto erroris mutui, cum omne Athæneum, scholasticorum vocibus consonabat, Sat cito, si sat bene, Hactenus Hieronjmus. Quadrabit & in illos, qui præpropere famã affectant, maluntq; paratam, ac magnam, quàm solidam, & perpetuam. Solent enim prœcocia subito flaccescere. Quod autem paulatim accrescit, durabile est. Horatius.

Crescit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli.

Et Pindarus in Nemeis hymno. 8: Augescit autem virtus veluti cum arbor virenti rore surgit, sapientes inter viros sublata, iustosque ad liquidum æthera. In summa, quicumque vel socordia peccant, vel immoderato impetu, ijs illud Octauij Cæsaris, simul symbolum, illud olim Titi Vespasiani, oportebit in memoriam

reuocare, vt Delphini atque anchore meminerint.

De differentia hominis, & Mulieris. Cap. XXI.

HOmo, & mulier eadem membra etiam testicnlos habent, & mutatio mulieris in hominē plebi difficilis, & incredibilis, facilis autem Philosophis videtur; ambe tam actiue, quàm passiuè ad generationem concurrūt. ambas eodem tempore emittere semen oportet, si concipere velint. Ex Victorię vnius seminis de altero mares, vel feminæ gignuntur, vt plurimum septem concubitus cum muliere, ad hoc vt concipiant, necesse est, quamuis post vnum, & alterum fecundæ accipiant. vndecim digitis Priapum, intus vero uuluam totidem, adhoc, vt homo vsque ad matricem perueniat & vt fœtus formetur, constare necesse sit, dum semen non emittunt, hominis eijciunt, mulieres æstate, homines verus hyeme ad generandum sunt magis procliues. Mulieres longæ, femellas, breues vero mares, vt plurimum pariunt, quod etiam de alijs animalibus patet, oua enim longa femellas, rotunda verò mares gignunt. Viri mares, feminæ vero filias amare consuescunt. Si de femella sunt impregnatæ, magis amant coitum, mulieres etiam, à quibus non exit menstruum sufficiens, magis appetunt coitum. Mulier multum men-

ſtruans non parit, quia non reſtat cibus in ma trice, vt conceptus nutriatur, homo quindecim, mulier verò tredecim annis Venerem recipiunt, homines quidem ante terſeptem imperfecte generant, fæminæ vero ſi impregnantur, antè annos quindecim; periculum eſt mortis, propter paruitatem matricis, niſi quantitas corporis ſuppleta defectum ætatis. Mulieres exercitio fouentes facilius pariunt, ſpiritus enim exercitatus fit fortior, & validior. Homines, & mulieres omni tempore luxurioſæ; & homines luxurioſiſsimi, qui denſis ſunt circumſepti capillis, mulieres vero albę pallentes, quia magis trahunt, & ſugunt vuluis ſuis ſperma, & magis debilitant viros. Homo quatuordecim annis, mulieres tredecim vocẽ mutant. Mulieres, quemadmodum, & iuuenes cum concumbunt libidinoſiores euadunt, meatus enim laxantur, redduntq; corpus lubricum, & ſimul voluptatis, qua olim geſtiuerint memores deſiderio mouentur prę eritæ contrectationis. ex multis cognoſcunt mulieres ſignis vterum gerentes, nam dum conceperint corpus graue ſentiunt, caligines oculorum, & dolores capitis, mouentur alijs die decimo, alijs ſerius, nauſeæ, & vomitus eas capiunt, ſæpe etiam multis diſtillatio vrinæ ad poſtremũ infeſtat, ſed magna ex parte, quæ marem ferunt facilius exigunt, & minus pallent. mulieres grauidæ infeſtantur maxime, menſe quarto, & octauo, & ſi hic partus perierit, ſe quo-
que

que magna ex parte intereunt, quod Galenus eleganti ſimilitudine oſtendit, in commentario primi aphoriſmi libri quarti. Eandē fœtus cùm vtero coherentiæ, & coalitus rationē habent, quàm cum arboribus fructus. Hi etenim prima generatione infirmis pediculis cōtinentur, atque ideo facilè decidunt, ſi quando ventus vehementior concuſſerit, poſtea verò aucti ipſi difficulter à plantis diſſoluuntur, & diuelluntur. quemadmodum rurſus, vbi ad perfectam maturitatem peruenerint, ſponte ſua, & ſine vlla vi decidunt externa. Eodem ſanè modo conceptus quoque, primo à ſeminis ſubmiſsione tempore, ſi vel ſaltare aliquādo, vel loco lubrico veſtigium fallente cadere, vel quoquo modo aliter, aut animo, aut corpore vehementius moueri mulierem contigerit, facile ab vtero abrumpūtur; quemad modum, & cum perfecti iam fuerint, & adulti. Tempore verò intermedio firmiorem coalitum habent, & auulſioni minus obnoxium. Quare mulier tum in vtero ferens, poteſt vehementiores motus ſuſtinere, ſine fœtus offenſione. Mulieres libidinoſæ incontinentèr libidine ceſſant, dum cū ſæpius generauerint, Homo vſque ad vigeſimum primum annum, vel ſecundum, aliqui vigeſimum tertium, vel ſecundum plurimos ad vigeſimum quintum creſcunt. Mulier vero non creſcit in longitudinem, niſi qoſtquam tres peperit infantes. Mulierum nates circa annum decimum quar-

tum inspissari incipiunt, & vulue fissura claudi, & eius labia ingrossari, & mollificari, & in eius circuitum pili generari incipiunt, propter menstrui, & humoris spermatici descensum. Hominum verò non nisi post decimum octauum. Mulieres extra vteros crescunt, citiùs, quàm viri, ob imbecillitatem, vt fructus deprauati citius maturescunt, quàm synceri: at tamen tàm homo, quàm femina, cum tertium annum perfecerint, dimidium eius creuerunt, quòd crescere volunt; mulieres crassę rarò concipiunt, & si mulier non concipit, & scire placeat, an sit conceptura, veste pręligatam, & vndique obuolutam supter suffitio, (vt inquit Hippocrates) ac si odor corpus peruadere videatur ad nares, & os vsque, non sua culpa sterilem esse scito. Quæ verò fœtum sunt perditurę, ijs mammæ extenuantur. Contra vero duræ si fiant, dolor, aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua fatigabit, neque abortiunt. Si mulieri partum gerenti lac e mãmis copiose fluat, fœtum imbecillum significat, si verò firmæ, solidæque mammæ fuerint, valentiorem conceptum indicant. si scire velis an mulier conceperit, dormituræ aquam mulsam potui dato, & si ventris tormina patiatur concepit, si minus, non concepit, vt ostendit Hippocrates. Homines maxime extenuati, minime generant, homines caluescunt, at mulieres perraro, quia similes sunt natura pueris Caput mulierum, & hominum nulla est, vel e-

xigua

xigua differentia, cæteris paribus, in oculis exigua, in naſo nulla, niſi quod homines eum habent apertiorem, mulieres fronte ſunt ſtrictiori, anguſtioribus, & breuioribus manibus. mulieres quamuis longiſsimæ, pede ſunt tamen breuiſsimo. Pedes mulierum in planta non ſunt plani, & ima, molli carne ſunt circundata. homines habent pedes inarticulatos, mulieres vero bene articulatos, & formatos; pedũ digiti, vt plurimum in hominibus ſunt coniuncti, mulierum autem digitus paruulus, maior eſt hominis. Pectus hominis eſt anguſtum, mulieris autem auguſtum. Capilli in mulieribus ſunt longiores, tum propter mollitiem, tum propter humiditatem, homines eos quamuis creſcere ſinerent, tamen ad tantam proceritatem nõ peruenirent. in brachijs mulieres ſunt breuiores, crura, & nates, vt plurimum hominum maiores, faciem mulieres habent minus patentem, magis micantem, leuiter intendentem ad gratiam, & ſuauitatem. Muliebria corpora ſunt delicatiora, & molliora, vocem tenuiorem mulieres habent, & ideo homines tali voce præditos effeminatos appellamus. Mulieres, & homines ab omnibus morbis exercentur, ſed homines morbos, quos vel vterus, vel menſtrua, vel matrix pariunt, non intelligunt. Mulieres odio habentur etiam à parentibus, nam illi maxima pecunia homines quærunt, vt è domo extrahant. Mulieres ſunt hominibus ingratiores, ſuperbiores,

ana-

auariores, magis infidæ, crudeliores, magis suspiciosæ, in omnibus actionibus tam naturalibus, quàm animalibus, longè hominibus debiliores: Differunt etiam Ciuiliter nam ab actionibus tam ciuilibus, quàm criminalibus reijciuntur, vt videre est apud Deciũ in l. quod feminæ ff. de reg. iur. at non sic homines. Sunt etiam peioris conditionis, nam multa hominibus licent, quæ mulieribus sunt illicita, atq; inhonesta. mulier multo quàm vir próptior est ad astutias, & malignitatem, inquit Democritus, sunt peioris cõsilij, vt dicit Publius Minius, Malo in consilio feminæ vincunt viros, homines possunt neque amare, neque odisse, mulieres vero nulllum habent tertium, aut enim amant, aut odio habent, inter hominum calamitates, nihil est peius muliere, vt ait Sophocles.

O Mulier omne facinus ausa, & plusquã omne
Verum nihil est peius, nec erit vnquam muliere inter hominum calamitates.

Quare non est mulieribus credendum, etiam, si vera dicant. De muliere possumus credere, quod à morte non reuiuiscant in cœteris vero diffidendum, donec mortuæ fuerint, vt aut Antiphones:

Ego mulieri hoc vnum credo,
Quod à morte non reuiuiscat,
In cæteris veró omnibus diffido, donec
mortua fuerit.

Et profecto si res humanę astu fierent, mulie-

res nobis imperarent, vt inquit Euripides in Danae.

Sic dici solet mulieribus artes
Curæ esse, viros autem plus valere hasta
Nam si dolis victoriam acquirere liceret.
Nos sanè viris imperaremus.

In bonis rebus sunt inferiores, in malis vero multum superiores, vt idem inquit:

Pape quantum infelicius mulierũ genus est
Quam virile, nam in bonis rebus
Multum inferius est, malis autem superat.

Qui mulieri credit, credit deceptoribus, vt inquit Hesiodus.

Qui mulieri credidit, credidit ille deceptorib*

Quare vt ipse ait mulierum sepelire melius est, quàm ducere in vxorem. Tandem omniũ, quę sunt animata, & mentem habent, mulieres sunt miserrima planta.

Cur quæ difficilia sunt pulchra videantur. Cap. XXII.

EXtat apud Platonem in Hippia maiore in calce Dialogi hæc verba, nam qui ait prouerbium difficilia esse quæ pulchra sunt, videor mihi intelligere. Et in Cratilo circa initium; Vetus prouerbium est, difficilia esse, quæ sunt egregia. Citatur alicubi à Luciano. Item a Plutarcho in libello deliberis instituendis, prouerbij nomine. Quidam prodiderũt,

Pie-

Pittacum, vbi semet abdicasset imperio, dixisse; Difficile bonum esse. Porro solonem, Pittacci mollitiem, atque ignauiam, taxantem dixisse; difficilia, quæ honesta, vtriusque dictum in prouerbium abijsse. Vsurpauit Plato libro de republica quarto. Fortasis enim verum est ò Socrates, quod dici solet, difficilia esse quę pulchra sunt. Vsus est eodem libro Politiæ secundo. Omnes enim vno ore canunt, Honestam quidem rem esse temperantiam, ac iustitiam, sed difficilem tamen, ac laboriosam. Vtitur eiusdem operis libro sexto ac septimo, & alijs compluribus locis. Sunt qui hinc arbitrētur natam paroemiam vt ait Manutius. Periander Corinthius, initio populariter, ac moderate gerebat imperium, postea, versis moribus, tyrannicè agere cæpit. Id simul, atque cognitum esset Pittaco Metilenæo, diffisum de sui ipsius animi constantia, magistratum deposuisse, relictoq; imperio in exilium abijsse. Percunctantibus deinde quibusdam, qua gratia fugisset imperium, respōdisse, quòd admodum esset arduum, probum esse, propter mutatum Periandrum: quibus auditis. Solonem addidisse suum apophtegma. Huc spectat illud quoque, quod meminit Plutarchus in commentario, Platonem, cū Heliconem quendam Dionysio, datis literis, commendasset, scribens illum virum probum, ac modestum, adscripsisse in calce epistolæ. Hæc autem tibi scribo de homine, videlicet

ani-

animante natura mutabili. Nec absurde quis referat ad celeberrimam illam Hesiodi sententiam.

Omnino vitium facile est contingere cui vis.
Est via ad id breuis,& vicina in sede moratur,
Contra virtutem sudoribus vndique diui
Præsepsere,& lõgius ab hãc,perq; ardua callis,
Asper, & est primum : sed vbi, alta cacumina
victor
Contigeris, iam sit facilis,licet ardua dudum.

Neque quidquã est tritius eo, quod dixit Aristoteles lib. Moralium Nicomachiorum secundo. Et ars, & virtus circa id versatur, quod est difficilius. Eodem pertinet, Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni. Item duplici via apud inferos, quatum altera ducit ad campos Elysios, altera ad malam rem.

De amore eroico. Cap. XXIII.

AMor heroicus, est vehemens, & assidua cogitatio, suprà rem desideratam, cum confidentia obtinendi delectabile appræhensum ex ea vt inquis Arnaldus. Huius autẽ notificationis veritas, sic mõstratur. Primo nãq; copia præsentatur alicui, seu deuenit ad apprehẽsũ eiusdẽ, vel per se, vel per resolutionẽ alterius, vel per simulachrũ aliquod, vel quomodo libet aliter, & ex forma dę. rei, vel accidẽtibus eius, apprehendens aliquod, cõcipit delectabile,

le,ſicut ex rebus õnibus, ex gratę ſpeciei intuitu,aut in homine ex ſuauitate colloquij,aut liberalitate perſonę ſeu cõſuetudinis lenocinio, ſeu circunſtantijs quibuſcunque: tunc ſi præd. delectabile præiudicet exiſtimatiuę eius,quod excellentiſsimum ſit in re tali, cuius erroris opinione, cauſa inferius oſtendetur, exinde ſequitur,quod appetitus,in quantum talis delectabilis ſit,quod ipſum vehementer deſideret obtinere, eò quòd excellentiſsimum delectabile iudicat. Et ex hoc neceſſariò ſequitur, quod propter huiuſmodi rei deſiderium vehemens, eius formam impreſſam phantaſmate fortiter retinet, & memoriam faciendo de re continuè recordatur. Ex his verò duobus naſcitur tertium conſequenter, oritur etenim ex vehementi deſiderio, & recordatione aſsiduæ cogitationis impulſus, cogitat namque talis, qualiter, & quibus ingenijs valeat rem ad libitum obtinere, vt nociui delectabilis cultum poſsit aſſequi, quod concepit. Quod verò formale ſeu perfectum huius conſtantis cogitationis exiſtit, eſt ſpecies delectabilis obtinendi per conceptum, niſi naturam de illius conſecutione præpararet, nullo modo tali furia torqueretur; quamobrem neceſſariò ſequitur, quod confidit de illius obtentu. Hic autem amor furioſus, cum particulare rei exemplo lucidius pateat inter virum, & mulierem, videtur imperio ſubiugato rationis dicendi, propter ſingularem coitus delecta-

tio-

tionem, quod alter in altero notato corrumpitur, vel errandi iuditio per aliquam circum stantiam, seu delectationem, quã conceptam ardentes desiderat obtinere. Cum igitur in amantibus hoc sufficit, in quantum amant res existunt, & in eis pro vt talem amore irrationabilem actum exercent, nihil amplius valeat reperiri; quoniam assidua cogitatio, non de omni, sed de re desiderata, videlicet, & hoc obtinendnm delectabile conceptum, de quo vehementer speratur: rationabiliter igitur cõ cluditur, quod descriptio iam prætacta sufficientèr explicat Heroici amoris existentiam, vt assidua cogitatio, loco generis supponatur. Sequentes verò particulę in tantũ differentiarum struantes dictam cogitationem, hic ad huiusmodi amoris formam specificam cõtrahunt, & inclinant. Hoc igitur de notificatione eius. Causa autem huius, sit potent inueniri. Cum enim alicuius animæ sensatum, de quo mentio iam præterint occurrit, ex sola ignauia apprehensione, non operatur, nec ali quod ei cõsequendum, aliter mouetur aliquo desiderio, nisi causa supra alicuius virtutis intentione conuenientis, seu boni, tanquam nũ tia desiderij metum eliceretur ab eo, quę intentio sensu non causatur. Est autem virtus hac intentione eliciens æstimatiua, quæ à sensatis intentionibus extrahit non sensatas: hoc enim in talibus, propter delectabile conceptum sensatum aliquo concipit, non tantum

iu-

iudicat esse bonum, sed vlterius errore deceptionis implicito cunctis alijs illud iudicat melius.. Et cum nullatenus vanæ à non sensatis intentionibus animæ vehementer infinis penitus occultatur, & hoc cogit in parte iterum æstimatiuę iudicio concupiscibili, quasi stimulata per eam, cogitur hanc rem, vt singularem vehementer optare: sic igitur ex omnium harum virtutum operationibus dæ. cogitationis immensitas continuè procuratur. Cùm igitur, quasi ad imperium æstimatiue, ceteræ inclinent virtutes, patet, quod superius dicebatur, scilicet, quòd rationis imperium sensibilium virtutum delusionibus subiugatur erroneis, cùm decretum æstimationis sustineat, vt informet. Causa verò, propterquam æstimatiua virtus in opere, vel iudicio suo claudicat sic, & errat, necessariò sumenda videtur ex parte Instrumentorum, quibus dicta virtus suas perficit actiones, mediæ scilicet concauitatis cerebri, & spirituum receptorũ in ea, virtutes namque non senescunt, nec in operationibus vitium patiuntur sui ratione, sed organi recepri spiritus, vel etiam apparentis. Nulli autem reuocatur in dubium, quin in talibus debeat esse mala complexio, & cùm remissi ad motum tales non existant, immò potius promptiores ex forti desiderio animato non videbitur frigiditas, sed potius caliditas disposuisse partem organicam, quamuis eiusdem ex continuata furia videatur aliqua

siccitas

ſiccitas, quo adiungi harum qualitatum exceſſum ſufficientem lædere tantum, & taliter operationem virtutis, hoc ſola nouit diuina cognitio menſurare. Sed vt prædicta clarius pateat ex euidentia, ſume de ea, qualiter diſponat ad confuſionem Iudicij: cùm etenim virtus æſtimatiua in prætacta parte ſuos actus exerceat, cum ſpiritibus eiuſdem confusè motis tantum, quantum ſufficit ad tale iudicium errans ferendum, eiuſdem operatio neceſſariò confundetur. Et ad hoc non tantum organcitas operatur, ſed ipſorum ſpirituum calefactio aliunde contracta, ficut, & bene conſideranti apparere videbitur; cùm enim animæ gratum ſeu delectabile preſentatur ex gaudio delectabilis apprehenſi, ſpiritus in corde multiplicati ſubitò calefiunt, & calefacti ſubitò, pro ut in tract: de motibus animalium inquiſitum eſt, in ea parte, qua de motu cordis agitur, delegantur ad membra corporis vniuerſa. Cùm ſint igitur calidi, vel quaſi ferue̾tes, ad organum æſtimatiuæ virtutis, veniunt copiosè ad organum, quia ſiccum, & indè exacuens, aut etiam calidum, nequit illorum caliditatem reprimere; tunc quaſi motu mixtionis, turbatæ voluuntur, quapropter confundunt virtuale iudicium, & velut ebrij tales iudicant cum fallacia, vel errore; hęc autem nō ideo dicta ſunt, quod pręcipuè veritatē exponant, ſed vt ad faciliorem intelligentiam viam præbeant leuiorem. Ex prædictis iterum eli-

cere conuenit, propter quod imaginatiua sic permanet circa rem, vnde talem gradum anima præconcepit: oportet enim similiter ex organi vitio, seu alia malitia; cum itaquè firma retentio formarum in multis quibuslibet nequaquam effici valeat sine sicco, necessariò sequitur, cerebellarem partem imaginatiuę virtutis aliqualiter exsiccari, hoc vero ex prętactis sic ostenditur; videtur tamen etiam fortis, & frequens sit transitus caloris spirituum ad cellam ęstimatiuæ, fluentium ad iudicium celebrandum pars anterior, in qua virtus imaginatiua residet, propter humoris cósumptionem à calore spirituum relicta, remanet necessariò siccior, seù minùs humida, quàm fuerit; per hanc igitur introducta qualitate aliqua, maximè si aliqua frigiditas coniungatur, quod forma imaginationis in organo firmius retinet, nec non multa solicitudo validius excitatur. Dicitur autem amor heroicus, quasi dominalis, non quia solum accidat Dominis, sed quia vt dominatur, subijciendo animam, & cordi hominis imperando, aut quia talium amantium actus erga rem desideratam similes sunt actibus subditorum erga proprios Dominos; quemadmodum etenim hi timent Domini maiestatem offendere, & eisdem fideli subiectione seruire canantur, vt gratiam obtineant, & fauorem; sic ex parte alia proportionatur circa rem delectam, heroici afficiuntur amantes; sed huiusmodi hactenus.

Vtrum

Vtrum in exordio mundi Rosa sine Spinis generata sit. Cap. XXIV.

BAsilius in Genesi, ait factam rosam sine vllis spinis: eas namque post peccatum hominis, in eius pœnam esse rosæ adnatas; multò autem magis, diceret id Basilius de Herbis homini noxijs, atque lethalibus; Nec à Basilio dissentit Augustinus, in primo enim libro de Genesi contra Manicheos cap. 13. sic ait per peccatum hominis terra maledicta est, vt spinas pareret: non vt ipsa spinas, vel vt alij legunt, pęnas sentiret, quæ sine sensu est, sed vt peccati humani crimen semper hominibus ante oculos poneret, quo admonerentur aliquando auerti à peccatis, & ad Dei præcepta conuerti. Herbæ autem venenosæ ad pęnam, vel ad exercitationem mortalium createę sunt, & hoc totum propter peccatum, quia mortales post peccatum facti sumus, sit Augusti nus. Sed quis credat rosam ante peccatum factam esse absque spinis? Deus enim tales condidit res quales sunt secundum naturam suam: nec peccatum Adæ mutauit proprietates rerum, atque conditiones, cum nè ea quidem quæ vera sunt secũdum naturam hominis, peccatum eius quicquam variauerit. Rosam vero nasci inter spinas, naturalem rosę constitutionem, atque generationem consequitur. Quare an

te peccatum Adæ erant spinę, & tribuli, & herbæ homini noxiæ, & lethales: verùm non fuissent in pœnam ei, si non peccasset, & terra, quam ipse victus causa coluisset, nihil infructuosum, nedùm perniciosum ei protulisset, sic enim homo animo, corporeque fuisset affectus, vt huiusmodi res omnes sibi exitiosas facillimę internoscere, & cauere posset.

Vtrum Luna creata sit in nouilunio an in plenilunio. Cap. XXV.

TRadit Beda in Hex, & fusius in libro de ratione: temporum quarto die, qui fuit mercurij, & duodecimus Kalendas Aprilis, hoc est vigesimus primus Martij, solā ex ortu suo, quartam Arietis partem ingressum primum ęquinoctium vernum consecrasse. quo circa, primum Mundi diem fuisse, decimum quintum Kalendas Aprilis, hoc est decimum octauum diem Martij. his addit Beda lunam creatam esse in plenilunio, quod sic admodum credibile, factam esse à Deo, in statu perfecto qui est plenilunij: neque enim conueniebat imperfectam creari primam lunam, præsertim, cum Moses dicat, Deum fecisse lunam, vt preesset nocti, Hoc est ad illuminandam noctem, nisi autem plenilunij tempore, luna noctem plene, & perfecte non illuminat. Ex aduerso contendunt alij, lunæ primo exorientis

lumen

lumen fuisse imperfectam tale nimirum, quale habere solet in nouilunio; nam cum luna menses cursu suo definiat, congruum fuit à prima luna primi mensis initium fieri: Si autem creata esset in plenilunio, non primus, sed decimus quintus primi mensis dies ille fuisset. Augustinus lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 15. neutrum horum asseueranter probare, aut reprobare audet, quod neutra opinio, vel necessarijs rationibus, vel manifestis scripturæ testimonijs nitatur. Iustinus martir in respondẽdo ad quæstionem 60. Orthodoxorum. Cur post creatam primo die lucẽ, quarto die astra sint condita, ita respõdet, vt vel sententia eius falsa sit, vel necesse sit locum illum esse insigniter vitiarum atque deprauatum vt inquit Pererius.

Vtrum si facilius diuinare quid facturus sit vir bonus an vir improbus Cap. XXVI.

HOmo consideratur vt viuit, & operatur, secundum rationem, aut secundum sensum, & appetitum. si secundum rationem, sic homo non pendet a cælo, est enim mens, & ratio expers materię, & incorporea nullum autem corpus per se agere potest, in id, quod est incorporeum ratio item libera est, suarumque actionum Domina, & suo arbitratu, ac volun-

tate potest ad hoc, vel illud agendum se ipsa applicare. Nam quamuis vel à cælo, vel ex naturali constitutione, & temperatione sui corporis, vel a Diabolo, vel aliunde infligetur ad male agendum potest ea tamen reniti, vt. vi & sua omnes instrinctus impulsus, & irritamenta extrinsecus, ei obiecta comprimere, & irrita facere, quin etiam contra quam inutatur agere. Hoc manifestum fit, vel vnius socratis exemplo, qui naturali corporis affectione, & comparatione, & bardus, & mulierosus erat sed huiusmodi vitiosas naturę propensiones, adeo animi robore, & diligentiæ magnitudine emendauit, vt omnium sui temporis prudētissimus, & contrinentissimus sit habitus. Homo autem viuens secundum, sensum, & appetitum carnalem, tam variabilem, & incertam vitam agit, vt qualis futurus sit nullo modo prædici queat. Quamobrem salomon (quod est in 3. cap. lib. Prouerbior.) dixit Alia quædam sibi esse cognitu difficilia; illud autem prorsus esse ignotum, qualis sit via Adolescentis in adolescentia sua. Est enim ea ætas vt inquit Benedictus Pererius adeo mollis, & flexibilis in omnes partes adeo vagans, & errās per omnia, & nulla, in re diu perseuerans, vt nulla certa ratione modoque regi & dæci, sed quocunque impellit cupiditas illùc inconsultè, & temerè rapi videatur. quo fit, vt facilius sit diuinare, quid acturus sit, qui viuit secūdum rationē, & virtutē, quā quid sit acturus, qui ratio-

tionis, & virtutum regula, & lege post habita suas dumtaxat cupiditates sectatur. Sic etiã facilius est diuinare, quid facturus sit Rex, qui secundum rectam rationem, iustasque leges imperat, quàm quid facturus sit Tyrannus, qui omnia pro suo commodo, & libidine admini strat. Qua ratione igitur Astrologi certa sciẽtia consequi possunt, ea quæ nihil ratum firmum, fixumque, & certum habent.

An fœmina sit per se an per accidens generata. Cap. XXVII.

QVod Deus dixit faciamus ei adiutorium simile sibi, satis indicat vt inquit Pererius fœminam nõ per se, ac principaliter, nec primaria Dei intentione esse generatam, sed propter virum, vt esset ei adiutorio ad procreandam sobolem, & ad hunc locum Mosis proculdubio respexit Paulus, cum in cap. 11. prioris Epist. ad Corinth. dixit virũ esse imaginem Dei, fœminam autem viri, & virum quidem non esse factum propter mulierem, mulierem autem factã esse propter virum, nec virum ex muliere, sed ex viro mulierem esse procreatam, & cum hac Mosis, & Pauli doctrina, valde congruit, & consentit Aristotelis, & peripateticorum sententia, appellantium fæminam, animal occasionatum, idest non per se, & ex principali naturę intentione generatum; sed ex occasione, id est propter imbe-

cillitatem, & defectum virtutis generatiuæ, quæ est in semine virili; quod si validum semper, & perfectum esset, semper virum, & nunquàm fæminam generaret. Omne enim agẽs, si perfectam habeat vim agendi, & nisi quid obstet, quàm maximè potest generat sibi simile. Sane si per virum, tantummòdo multiplicari potuisset genus humanum, & humana vita, vt par est agitari, non vtique mulier esset generata, quippe cum sit multo præstantior, & perfectior vir quàm fœmina, sed quanquã fæmina est inferior viro, multis tamen rebus excellentior est cæteris animantibus, quod arguunt multa: nam & singularis modus, quo est à Deo procreata, & formatio corporis eius, non ex aqua, vel terra, vt cæterarum animantium. Sed ex costa viri: Et quia facta est similis viro, & adiutrix eius, ad opus generationis efficiendum, denique, quod indissolubili vinculo, & coniunctione cũ viro, vt eius socia, eiusdéq; vitæ, ac munerum particeps copulata est, hæc satis declarant præter virum, & cæteris omnibus animantibus mulierem, multis partibus esse præstatiorem.

DE

[D]E CVRIOSA DOCTRINA

LIBER QVARTVS.

De Remedio Amoris.
Cap. I.



NIMI motus, qui nos ad aliquam deformitatẽ morum, Vitæque turpitudinem inducunt, maxime vitandi sunt, tum veneris titillationes præcipuæ, omnemque lasciuiam cõuenit aspernari: quibus nihil, neque turpius, neque minus honestum, neque magis calamitosum cuiquam contingere potest. Namquis se hominem esse verè audeat dicere, qui se affrenata illa belluarum libidine, in venerem rapi patiatur? omnium sanè voluptatum, quibus homines vexantur, maxima & deterrima est libido rei venerea, quæ opes dilapidat, obest memoriæ, vim oculorum labefactat, stomachum frigidiorem, & Imbecilliorem efficit; cum vim illam semen genitale secum auferat, qua cibus in stomachó, & cocoquitur: ex quo plurima rerum redũdantium copia fit, malorumque humorum abundantia, in stomacho procreatur. Preclarum est igitur, illud medicorum præceptum,

sem-

semperque ad seruandam sanitatem in ore habendum; Vesci citra Satietatem, impigrum esse ad laborem, vitale semen, conseruare, res esse saluberrimas. Quare scitè dictum est ab eo Poeta.

Vina lauacra, venus, mortalia corpora frãgũt,
Et citius Ditis Tartara adire iubent.

Quod si vehemens sit Veneris pruritus, & titillatio, facilia sunt & omnibus eiusce rei remedia, Victus moderatio imprimis, vnde præclare illud defluxit; sine Cerere, & Baccho friget Venus. Neque id parum confert mandatum, medicorum secundum, quod etiam, ita recitauit Ouid. in lib. de remedio Amoris.

Otia si tollas periere, cupidinis arcus.

Memoria prodidit Plutarchus in Symposiacis problematis, rutam quoque non mediocriter conferre, ob insitam illi à natura siccitatem, quam habet propter vim caloris. Nã genitale semen cogit, & coagulat, quare etiam de illa ita scripsit Ouid. de remed.

Vtilius Sumes, atuentes lumina rutas.

Verùm ne hoc remedium, aliquos fallat sciendum est in viris tantummodo contundere Venerem, mulieribus vero addere, vt dicunt recentiores medici iuxta illud.

Ruta viris minuit, Venerẽ mulieribus addit.

Prodest lactucarum etiam vsus, ad sedandam Venerem, ob naturę frigus. Id autem significare voluerunt antiqui poetæ, qui mortuum Adonim inter lactucas à Venere, depositum

fuisse

fuiſſe inquiunt. Scripſit pręterea Nicandri enarrator, cumilæ, vſum cum illa frigida ſit Venerem ſedare quare in Theſmophorijs, in quibus ſacrificijs cuſtode, eſſe ſacerdotes, & adeuntem populum oportebat, vt ſcripſit Hegeſander, Herba illa ſubſternebatur, fuerunt etiam loca huic rei accommodata, ſicut Silemnus Fluuius non procul.a Pataris, vt refert Pauſanias in Achaicis, in quo viri vel femine lotæ, priſcorum amorum obliuiſcebātur, & Sappho apud Ouid. ſublimen eſſe locum, apud Nicopolim, in Leucadia inquit, è quo ſe in mare præcipitantes, amoris obliuiſcebantur, ſic enim inquit.

Conſtitit, vt dixit, quid nūc nō ignibus æquis,
Vrens? Ambraciæ eſt terra petenda tibi.
Phæbus ab excelſo, quātū patet aſpicit æquor,
Actæum populi, leucadiumque vocant.
Hinc ſe Deucalion Pirrhæ ſuccenſus amore,
Miſit, & illæſo corpore preſſit aquas.
Nec mora, Iuſſus amor fugit lætiſsima merſi,
Pectora Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altā
Leucada, nec ſaxo deſiluiſſe time.

Primus omnium Phocus, ex ea petra ſex precipitauit, vt ait Plut. in claris mulieribus. Hoc omium remediorum vltimum, & non niſi furioſis hominibus adhibendum cenſet Natalis Comes, vt è præcipiti loco in mare, non ſint maximo periculo deſiliant. Quamuis Cicero etiam libro quarto diſputationum Tu-

ſcula-

sculanarum meminit, de hoc loco. vt pote, è quo multi sę præcipitarint, qui modum igitur vitio quærit similiter facit, vt si posset, pu et eum, qui se e Leucade præcipitauerit, sustinere se cum velit, sed prçstantius remedium est illum non quærere, vel descrererem amatam, & cogitare amantium miserabiles fines. Quid est enim nostris temporibus, quod non per scorta, & lenones, & meritorios pueros obtineatur? multæ sunt ciuitates, multa regna, multæ prouinciæ per hunc insanaum, & furiosum Deum deuastatæ: Nam quot ciuitates arma ceperunt, ob raptas mulieres? quot fæminæ patriam, & parentes hostibus prodiderunt, propter hūc furorem? quod mariti vxoribus, aut contra illæ maritis, ob hunc ipsum præclarum Deum insidias tetenderunt? quot filij à matribus fuerunt trucidati? atq; nihil est prope nefarium, impium temerarium, cuius cupido non sit autor. Quare nemo sapiens, haberi Iure potest, qui Cupidinem laudibus extollat; nemo non infœlix, qui eius cupiditatibus obsequatur. Quippe cum talia Concilia, plerumque suggerat stultis hominibus, qualia mede aliquando aduersus parentes, & patriā se ipsam in mentem intrusit, cum illa ita secum diceret, cōquerens de futuris Iasoni periculis.
Quid mihi tunc, animi cū vita excesserit ille?
Cede dec', discede pudor, ꝓcul omni honestas

Nam Cupido, re ipsa multorum malōrum, discordiarumque occasio fit imprudentibus,

exter

exterarum, & domesticarum, velut ostendit Sophocles in Antignone in his,

Amor Insuperabilis pugna,
Amor, qui opibus incidis.
Qui in mollibus genis,
Puellæ pernoctas,
Incedisque super mare, &
Per pasto vales aulas.
Te neque mortalium fugent quisquam,
Neque mortales intret,
Viros; habens vero insanit.
Tu, & iustorum, iniustas
Mentes facis per detrimentum,
Tu, & hanc contentionem virorum.
Consanguineam contrines perturbans.
Vincit palam Ciliorum
Desiderium pulchræ
Nimphæ magnarum assessor in Imperijs,
Legum, inuictus enim illudit Deus Venus.

Quamuis illud magis verum est, quod non malus est Cupido, sed occasio potius facinorosis, & perditis hominibus male agendi, qui suopte ingenio mali sunt, vt scripsit Archias ĩ his Carminibus.

Nullum amor offendit, prauis occasio, sed fit
Mētib⁹ ille hominũ, quos mala multa iuuãt.

Neque enim vllæs, est animi æffectus, à Deo optimo inutiliter concessus hominibus, sed vel ad exercendas virtutes, vel ad res naturæ necessarias: quare vt præclarè ille inqnit Poeta, cum quis modum excesserit in animi motibus

tibus, illisque nimis obsequitur, ipse sibi fit hic Deus, cum voluntas uiusque inordinata, & inconsiderata cupiditas, fiat Cupido, vt est in libro nono.

Dij ne hunc ardorem mentibus addunt,
Euriale? an sua cuique Deus fit, dira cupidi?

Amoris sedes oculos creditus est precipue, quod per eum tanquam per fenestram, animus spectra', & imagines concipiat, & Interius admittas, quibus perculsus incidit in rei spectate desiderium, Quod ita Museus clarissime expressit,

Si mulier fuerit pulcherrima, forma sagittio
Corde vtrũ fugit velocius: est via, ocellus,
Ex oculi iactu paulatim labitur, elcus,
In mẽtes, illasq; domat, seq; Imprimit alte.

Et verum est, quod naturalis dicit nempe, esse duos periculosos maxime scopalos, in quos deuitandum est, ne humana vita illabatur, ira scilicet, & ingens rei alicuius amor, ac desiderium. quando vterque horum affectuum potest, quemuis nisi moderatus existat, in apertissimam perniciem, tanquam in duos marinos scopulos, scyllam, & Charybdim impellere atque illidere. nam sicut tanta vis est, irę, vt vel in res anima, sensuque carentes excitet; & in ferrea artis Instrumenta inflammes, si opus artis parum feliciter, ob imperitiã succedat, & ad contumelias lapidi, vel ferro uel ligno dixcendas, nihil ijs ipsis rebus homines. prudentiores, sic amor facit cum sit quoddã

animi

animi delirium, si Immoderatus existat, vt neque nobilitatem maiorem, neque maiestatem Imperij tantilli faciant, plerique, neque Intelligatur his motibus, agitatos cæteris omnibus derisum, & contemptum iri. Nam si virtus, & illa animi diuinitas, quæ rerum omniũ preciosissima est, & Deo gratissima, contaminatur, & conculcatur, captiuaque ab amore quolibuerit trahitur. facio enim amor, vt turpias, desorma, tristitia damnosa lætissima, vtilia, pulchra, honesta, atque laudabilia videantur; quare non minus illi qui amat, quam ebrio, & insano illud conuenit, quod est in Oreste Euripidis.

Tace silens tuo misselle in lectulo.
Nihil vides vere, vt videris cernere.

Inde fingitur Iupiter ipse, in Taurum animal lasciuum, ac furibuudum esse conuersus, cum vellent antiqui amoris Insolentiam, & obscænitatem per hæc patefacere. Nam omnia prope bella, deuastationes regnorum, euersiones ciuitatum incendi, prouinciarum descripta, a poetis omniaque hominum deliria, propter lasciuos amores, & Immoderatam libidinem euenerunt. Præclare igitur, ac sapienter suauissimum Poeta Euripides in Hyppolito, coronifero ita scripsit: vbi quot mala in humanam vitam per mulieres irrumpant, considerasset.

O Iupiter quid hoc mali? mortalibus
Cur protulisti fæminas, olim Viris?

virile

Virile seminare, Si velles genus,
Non id decebat fæminas producere:
Sed in tuis. templis viros deponere
Ferrum, vel æs, puri, Vel auri pondera,
Et filiorum sic referre semina
Pro precio mox singulos, in ædibus,
Mox liberos, sic esse procul a fæminis.
Et Iucundus Menander in Tibicine
Mentem si habes nullam, capesse conuigẽ,
Vitam relinquens hanc, ego duxi prius.
Quare tibi suadebo ne ducas. nihi
Decreta res, & iacta prorsus alea est.
Seruaberis sic perge, te credis freto
Magno negociorum, at non illi libyco,
Ponto, vel Aegeo perire, vbi solent.
E nauibus triginta, tres haud sæpius.
Est nemo sospes coniugem, qui duxerint.

Atqui si res altius, consideretur vertur Comes ne omnis illa reprehensio fæminarum in ipsos viros redundet, quia nullum malum cõmittitur, à solis fæminis, cum omnium malorum, ac scelerum vel adiutores, & socios, vel consultores viros habuerint. nihil est igitur, quod sua dementia à viris, in mulieres reijciatur. nam fæminæ animalia imperfecta, vt plerique appellant non sunt, à perfectis viris, ad omnia flagitia iuuandę, aut etiam impellendæ, sed potius admonendę, atque à conceptis in animo erroribus, salubri concilio retrahendæ. habent fæminæ verecundiam quandam à natura insitam, magis quam viri, & timorẽ,

&

& imbecillitatem ingenij,ac corporis ad res perficiendas, quibus magis ab omni turpitudine deterrentur, & sane facilius est mulieres, quàm viros intra honestatis terminos coercere, oportet infęlicium muliercularum miserere, quæ tot icommoda vere patiuntur quotę memorãtur ab omnium prope Poetarum suauissimo, in his versibus.

Nos fęminę, miserrimæ plantę sumus
Viuentium, vel mente quæ pollent. prius
Nobis maritos est opus pecunia,
Emisse grandi perpetique corporis,
Heros quid infelicius dici queat?
In hoc labor fit, plurimus nobis, honos,
Nanciscier, quod à viro decedere
Sit turpe,nec spreuisse fęminę licet.
Leges nouas petenti, & hinc domum nouã
Illi fit, esse vatem, opus nisciuerit,
Domi marito conuenit, quali vtier.
Quod si maritus, gaudet illis moribus,
Feratque lętus id Iugum dulcissimum est
Sin emori præstaret inde millies.
AEgre vir ipse, cum tulit Domestica,
Sedauit iram cordis exiens domo,
Petens amicum, vel sodalem quempiam:
Nobis misellis cernere hunc vnum est opus

Vtrum inter pocula Philosophandum. Cap. II.

IN negantem sententiam adferre ista possunt, vt ait Melchior Iunius, quod primum Philosophia, tanquàm honesta matrona, non debet se immiscere libero, cui tumultus sunt familiares: deinde seria non conueniunt conuiuijs, tum inter edendum, non laborandum, aut intensa cogitatio adhibenda. Contra in affirmantem valent ista: quod, si Philosophia adsit è conuiuijs, adsint quoque eius alumnæ, honestas, modestia, sobrietas. 2. Vtile proba re rebus, quod verbis docetur. 3. Veluti lumē tollit è conuiuijs Philosophiam, qui tollit. Definienda ergo ita sententia videtur: vt in conuiuio habeat locum Philosophia, sed ita, vt conuiuarum ratio habeatur; nec vulpis, nec gruis fiat conniuium; deinde deligatur materia, non profunda, nodosa, difficilis; sed simul & facilis, & iucunda. Plutar. Conuiual. quest. lib. primo Probl. primo Macrobios Saturnalium lib. 7. cap. 1. stuchius Antiquitat. Conuiualium lib. 3. cap. 18.

Plurimum verò delectant ioci, & facetiæ, partè, & càute adhibitæ. Ctesibius quidam interrogatus, quid ex Philosophia illi superesset, respondit vt posit sine simbolo, & gratis cænare, propter facetias. Spartani quo-

que

que Adoleſcentes ſuos, ita inſtituerunt: vt ſinè morſu, & ſcommata dicerent, & pati aliorum iocos poſſent, Alexander ab Alexandr. lib. 5. cap. 21. Sed in hac re ſæpè peccatur, & multis per Iugulum eunt ſales, & Ioci. Itaq; habenda ratio rerum eſt: vt in ſerijs abſit Iocus quantitatis, vt modus adhibeatur; qualitatis, vt facetiæ ſint modeſtę, & verecundę; perſonarum, vt non contra quos vis proferantur. Ariſtot. lib. 3. Rhet. cap. 10 & in Rhetoricis ad Alexandrum de facetijs & Eth. lib. 4. cap. 4. Quintil. lib. 6. cap. 4. Plut. in Sympoſiacis lib. 2. Probl. 1. & 4. Macrobius lib. 7. cap. 3.

Poſtremo, & illud in Conuiuis obſeruandũ, vt non vſque ad plaudite hæreamus, ſed etiam obſeruemus tempus, redeundi, domum à cæna: ne illud prouerbium obijciatur: Hercules Hoſpitator: quod qui Herculem exceperunt, conuiuio diu fuerunt expectare coacti, donec ille ſatur fieret: qui vno ſæpe in Conuiuio Integra boues commedit. Nimis enim, dui, qui herent, temulentiam, & voracitatem ſuam produnt, ingrati conuiuatoribus fiunt. Athen. lib. 10. variarum Eras. in Prouerb. Chil. 4. Cēt. 1. Prouer. 29.

Reliqua ad huc vna pars eſt, quæ ad veſtitũ & ornatum corporis pertinet. In quo primũ vitanda eſt peregrinitas quæ deprehenſa fuit in Alexandro Magno, vt notat Curt. lib. 3. & 5. Ideoque regula tenenda cultus, procuratio morem ſequatur. Et boni principes, ac reges

habitum antiquum cõseruare sunt conati; Augustus Adrianus Theodosius; vt apparet ex Suetonio Spartiano, lib. 4. Cod. tit. 10. & Ephori Spartæ quotidiæ obire Inspectiones vestimentorum sunt. soliti Plut. in Lycurgo Aemilianus lib. 4. cap. 7. Iustinus lib. 3.

Secundo fugienda mutatio crebra, & nouitas vestitus, si quidem pestis hac nulla maior est rerumpub. & illa temeritas dam ac sensim etiam mores commutat, atque efficit vt & res veteres, homines contemnant nouas habeant in precio Plat. lib. 7. de legibus Tertio; luxus quoque, & ornatus nimius reprehenditur. Vnde Romæ lex olim vestiaria fuit, lata Diõ. lib. 49. Suet. in Iulio Cesare Senec. lib. 7. de beneficijs Plinius lib. 5. cap. 17. liu. lib. 34. Cornel. Tacitus lib. 3. & notum est illud Poetę Ouid. Epist. 4.

Sint procul a nobis Iuuenes, vt femina cõpti
Fine coli modico, forma Virilis amat.

Sed nec Interim, quarto sordities placet, vetum est munda vestis homini appetenda, quia natura homo est elegans, & mundum animal. Senec. lib. 14. Epist. Epist. 93. Ideoque videndi sunt illi, qui neglecto vestitu videri docti, & Sapientes volunt, tenendum illud Seneca illud te admonet, ne eorum more, qui non proficere, sed conspici volunt, antiqua facies, quæ in habitu, aut genere Vitę sunt. notabilia asperum cultum, & negligentiorem barbam, & cubile humi positum, & indictum argento odium

odium, & quidquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, non splendeat toga, sed nec sordeat lib. 1. Epist. 5. habeatur postremo ratio Conditionis, & dignitatis; seruetur mediocritas; sit Inmunditia non odiosa, aut exquisita nimis fugiatur. agrestis, & inhumana negligentia Cicer. 1. offic.

De Geniis. Cap. III.

Dictus est genuus à gignendo, vt placuit latinis: vel quia nobiscum gignatur, vel quia illi procreandorum cura diuinitas commissa putaretur. Hic creditur, nobis clam, nunc suadens, nunc dissuadens, vniuersam vitam nostram gubernare esseq; mentis, & voluntatis nostra propè moderator. Nam existimantur Genij demones, rerũ, quas voluerint nobis persuadere, spectra, & imagines sibi tã quam in speculo imprimere, quòd illis facillimũ sit, in quæ spectra, cũ anima nostra clã perspexerit, illa sibi veniunt in mentẽ, quæ si ratione perpẽdãtur, tũ recta fit animi deliberatio. At si quis post habita ratione, malorũ spectorũ, & visorũ ductu feratur, ille in multos errores incurrat, necesse est, si spectra fuerint præcipuè à malignis Dæmonibus oblata, ita multi fiũt supra modũ libidinosi, aut crudeles, aut auari, qua omnia ad geniũ referũtur. Ethnicis psuasũ erat, vt dicit Giofred' Linoceri', opin. quadã contracta ex reliquis, adhuc veteris &

primæ Doctrinæ vestigijs, cuilibet homini quam primum natus esset, sorte decerni, atq; adiungi duos Genios, quos Demones vocabant Græci, eosque ad esse homini toto vitæ cursu, omni momento, & corpore extincto animam, ad orcum deducere: vnumque, ex his bonum esse, Genium, alterum malum credebant, illi quidquid prospere euenisset, adscribebant. Ab hoc tristia, noxiaque oriri, & infligi censebant. Illum procurare, ac promouere, quæ ex re nostra essent, ac defendere, quem in fidem, patrociniumque suum accepisset, atque arcere pericula, nocumentaque, & aduersari alteri, quantum posset, Hortatoremque esse, & impulsorem ad honesta, ac Salutaria Consilia, studia, & actiones. Vnde eum auersorem, defensorem, depulsorem, malorum liberatorem, fugantem mala Genium, auuerruncantem diras, & Imprecationes nominabant. Hunc contra interuertere, & eludere res bonas, & salutares calamitates verò, & incommoda, tum incutere, tum (si Impenderent) maturare, atque in capita nostra cogere, ac velut per præceps agere, omninoque ad scelera, & flagitia propellere. Indeque in discrimina, vitæ adducere, vel in subitum præcipitare exitium putabant. Vnde noxium scceleratum Impurum Genium ratas facientem diras, nuncupabant de his citantur versus.

Suus cuique Genius est mortalium.
Vitæ initiator vniuersæ, & arbiter.

Et sæpe spectra visa, esse & conspici notum est, ex historijs multorum, & presertim Bruti, de quo meminit Plutarcus, Nam Bruto cum dies ille fatalis immineret, & in asia nocte ferme intempesta, ex more vigilaret, in tabernaculo lucerna iam emoriente, videre visus est personam quandam Tragicam, & humana spetie maiorem, atque ille protinus, vt erat animo interrito, percunctatus est, quisnā esset, hominum, aut Deorum, Cui illa cum murmure: Tuus sum Brute Genius malus, Philippis me videbis, eadem itaque imago rursus apparuit, confligenti Philippis, quę quidē illi pugna postrema fuit. Huic consimilem quandam fabulam idem refert. de M. Antonio atque Augusto, videlicet. hos reliquis quidem in rebus amantes summaque inter se se concordia agitasse, cæterum in ludis, quos ad emulationem quandam edebant, Octauium semper superiorem esse solitum, Eam rem Antonium non medio inter discrusiasse, fuisse aut in Antoniano comitata magum quempiā AEgyptium. Is seu quod verè nosset eius fatum, seu quod ad gratiam Cleopatræ fingeret eum admonuit vt a Cesare se quantum posset seiungeret, quod ipsius genius alacer alioqui, genium illius reformidaret, quoque proprius accessisset hoc humilior, deicetiorque videretur. Testatur, & Plato Socrati peculiarem quendam fuisse geniùm, de quo scripsit Apuleius, & Plutarchus. de genio sensisse vident

Terentius, cum ait in Phormione mihi vsu venit hoc scio, memini relinqui me Deo irato meo. Bonum genium explicat Hænius in stalagmonis, apud Donatum adeo, meo propitio meus homo est. Idem Persius Dijs Iratis, genioque sinistro. Retentam vero hanc de Genijs opinionem, inter Ethnicos conijcit Giofredus Linocerius, ex Doctrina Sanctorum Patrum, de discrimine inter Angelos bonos, & malos quorum, illi quod perstiterunt in vera, erga Deum & præfinita diuinitas obedientia retinuerunt attributas, ipsi in creatione dotos, & fruuntur Dei conspectu, & consuetudine, suntque sicut describuntur. Epistola ad Hebreos, administri Spiritus, qui ministerij caussa mittuntur propter eos, qui salutis hæreditatem obtinebunt. Hi superbo, ac contumaci contemptu, violarunt obedientiam, conditori debitam, & defecerunt à Deo, sua voluntate libere, nullius impulsum, aut coactione. Ideo non conseruarunt originem suam, sed exuti dotibus, & ornamentis summis, ac iusto Dei iudicio condemnati, & præcipitati de cælo, ad æterna supplicia, fieri hostes Dei, atque immani Dei odio cum deformare summis viribus Dei gloriam exciatis, in Ecclesia falsis, ac blasphemis dogmatibus, ac hæresibus, hisque auctis, & dilatatis tum acerrime oppugnare Ecclesiam caperunt: priuatim quidem moliendo exitium, aut struendo, atque intentando innumera pericula singulis; publicè

publicè vero crudelitatem excitando, impulſu tirannorum, vt dilacerent Reſpublicas, vt ſæuiant in innocentes, vt moueant non neceſſaria certamina, & inflammatione inquietorum ingeniorum, vt moueant ſeditiones, & turbent Reſpublicas, Contra hos ſanti, & Caſti Angeli velut in aciem collocati, & excubias agentes perpetuò dimicant. Cumque tament gloriam Dei, & veram Doctrinam promouent, pia ſtudia reprimunt Diabolum, & ſeuntes falſa dogmata, impediunt, Tyrannorum conatus, & crudelia Concilia. priuatim vero, cuſtodiunt, regunt, & tuentur pios, arcendo, achumouendo, quę à Diabolo itruuntur, & intenduntur. Non diuinæ voluntate, aut diſpenſatione mali Angeli hominibus adduntur, ſed ipſi ſe ſe his adiungunt, contra Dei voluntatem, incitati Dei, & hominum odio, & cupiditate. cruciandi humani generis, trahendique id ſecum in æterna ſupplicia: Contra machinationes horum, vero & conatus, comparata ſunt diuinitus Sanctorum Angelorum præſidia. Sed Doctrina amiſſa vix, tenuis famæ aura, de his tantis rebus (à Mōse in patriarcharum vita varijs libris Geneſeos locis, abunde expreſsis) permanauit ad Ethnicos. Vnde nouæ poſtea opiniones coniecturis conſutæ, & ex his mox diabolicę idolomaniæ detectæ ſunt.

Verum

Vtrum in fæmina Doctrina, & eruditio probanda. Cap. IV.

COntrouersa etiam hęc inter litteratos esse questio solet. Et quidem contra doctas fęminas ista efferuntur: quod 1. harum eruditionem plerumque libidis, ac lasciuia comitetur. Iuuenalis quoque, displicere sibi in Satiris suis affirmat, eruditas, ac disertas: cum Satira. 6. Scribit.

Nō habeat matrona; sibi qua iuncta recūbit,
Dicēdi genus, aut cursū sermone rotato, (nes
Torqueat Enthymema: nec Historias sciat om

Preterea cautę quoque, & ingeniosæ feminæ, promptiores & acutiores esses dent ad struendas machinas, quibus viros decipiant. Muret. variarum lect. lib. 8. cap. 21. & vt inquit Pamphilius saxus: intret nulla domum coniunx, sed si tamen intret, nec sit pulchra, nimis docta, nec illa nimis. latius Philel. decade 8. satira 9. incip. Antonij Rationem ponit Manganellas c.3. quod incipit; venire vna matrona Padoana, vbi latì, & dum char. 2. dicit de illa, quæ scit ducere epatam lunæ adde Petronium in Satira char. 17. Talibus enim mulieribus omnia chariora sunt, quam pudicitia, aut decus vt inquit Sallust. ante medium Catilinarij, de sempronia quæ litteris græcis, & latinis erat satis edata, psallere, & cantare:

quæ

quæ instrustumenta luxuria sunt, elegantius quam necesse est, probę mulieri, de qua meminit Mapheus veggius in tract. de educatio ne liberorum lib.3. c. quod autem in manibus vbi subijcit, quod ista nullam virtuté arguunt in muliere. Polycratius lib. 8. c. 12. est char. CXCVIII. facit Antereos fregosij char. 33. & & seq. & char. 36. vbi refert illud dictum Sallu stij, & Ouidus in 2. de remedio Amoris. Ener uant animos Citharę, cãtusque biræque. & sub dit Eloquar inuctus, teneros ne tange Poetas. quoniam & eorum lectio prouocat ad lasciuiam. late Bertach. in tract. de Episc. Char. 11 est in prima parte secundi lib. Char. pen. Petrar ca de remedio vtriusque fortunæ lib. 1. Dialogo LXVII. de vsore fecunda, & fecunda vbi al legat illud Iuuenalis Solaecismum liceat fecisse marito. Iamque aliquid Impolitum vel Commune sine coniugis censura, & irrisione proferre non poteris, & quando sciunt scribere, non est opus alio lenone, secundum Phil. vbi supra tamen, ego vidi per tale litteras mulierem detectam, & hoc timebat Gineura in Peregrino Antonij lib. 1. c. X. facit Cornazanus Prouerb. piu fen, che paglia d' orzo circa me dium vti subijcit, Ite dare ignotis natas, nunc discite matres. Item quando sunt doctæ a qua dam ambitione dominandi commouentur ta liter, quod dubitantes, ne Dominio expellan tur, proprios filios enecant, vt exempla recitat fregos. in Valeriana, lib. 9. c. XI. de scelerate

lerate dictis, aut factis dū loquitur de laodicē Regina Cappadociæ, & alijs duabus seq. facit exēplum Calphurnie, seu Caiæ Aphramiæ de qua in l. 1.§. sexum ff. de postul. Gammarus in tractatu de extentione col. 38. Baccerius in §. illius autē col. 2. instit. de testam. milit. Codnis serm. 4. Char. pen. que erat ita docta, quod orabat causa, & erat impudicissima. Contra quod litterę vtiles mulieribus, inde ostēditur 1. quia disciplinæ id præcipuum habēt, quod ab ineptis rebus, ac studijs animos mulierū abducūt. Geometrię gnaram saltationis pudeat, eadēq; magicis incantationibus capi, sese minime patiatur. Platonicis, & Zenophāteis disputationibus incātata, 2. nisi fæmina honesta doctrinæ cōcipiant, & instituantur virorum opera, ipse ex sese opiniones absurdas, & affectus prauos multos gignunt. 3. Celebres eruditione, ac Doctrina pulcherrimæ fæminæ sunt factæ. Plutarchus in Cōiugalibus præceptis, Saba Austri Regina lib. 3. Regū cap. 19. Appasia magistra Periclis magni illius, & Imperatoris, & oratoris, Plut. in pericle Aganice Astronomiæ peritissima. Plutarchus in pręceptis coniugalibus. Callistrata lesbia Athenæus lib. 5. cap. 14. Cornelia mater Grachorum, quæ filios eloquentes reddidit. Cicero in Bruto Cornelia Pompei vxor. Plutarchus in Pompeio. Daphene Tiresię filia, ex cuius versibus multa Homerus mutuatus dicitur. Diod. siculus lib. 5. Hyppias hospita lucurgi Plat. in Lucurgo Hortensij filia,

eloquen

eloquentia clara Appianus lib.4. bellorum ciuilium. Quint. lib.1. cap. 1. Lelia C. Gracchi filia Cic. in Bruto olimpia morata Gyraldus lib.2 da Poetis nostri temporis Quare qui superiorem sententiam imitantur vulgo similes sunt, qui mulieres eruditas,non laudat,nec probat, quasi si naturali nequitiæ artificialis addatur esse nequiores fierit, quod quidem in hominibus esse potest, si accidit ingenio versipeli, astutiam, ac callidatem topulari. agnorantes hominum conditionem, quę ita tetra, est, vt bonum non cognoscatur, si aliquis homines eam non doceat, & malum quamuis aliqui celare experiantur tamen occultari non potest. Quamobrem si vni sexui doctrinam, & non alio auferas est perinde, ac si arma militibus auferres,eosque inprotestate hostiū relinqueres experientia rerum magistra, nos non docet nullam mulierem Impudicam fuisse, nisi propter inscitiam, non adnimaduertentem, quam pulchrum & pergratum Thesaurum sit Castitas, & si eam abijcient, omnibns bonis nuncium remitti, quandoquidem ex preclararum eruditionum lectione, contemptum vitiorum discunt rectum que finem cognoscunt, quæ sciante oculos mulieres sibi ponant, impossibile est, vt ipsæ aliquid enormè cōmittāt. sed si nostrę fragilis carnis defectu,ac tentatione ab aliqua luxuria attentantur, vnisquisque, cogitare potest, quòd

si

si tot bona præcepta, quę in libris continentur, eas à malo liberare non potuerint, profectò sine librorum cognitione castæ non vixissent; Et si exempla mulierum reministi velimus, inueniemus meliorem partem vitiorum muliebrium, præteritorum, & præsentium, ab ignorantia promanasse, cum nobiles disciplinas non lectitassent, quas de vero mulierum decore, multi santissimi homines & antiqui Philosophi scriptas reliquerunt. quæ si legissent, nonnullæ profectò tam amplum materiā tragicis Poetis, & Satyiris accuratissima manu scribendi, tot libros, tot volumina in earum vituperium, non prębuissent; neque obstat ex tam numeroso sexu tres, aut quatuor in medium adferre, quę docte, & Impudicę exstiterunt, cum infinitus sit numerus earum, quę Doctrinæ præditę summum rerum bonarum fastigium perte tetigerunt, quia vna Hirundo non facit ver, & leuntia quę ab omnibus impudica existimatur, docta Metrodori domum non est ingressa, cum ab ipso Doctrinam didicent quæ Epicurea fuit, id est magistra delectationum humanarum; & sempronia nō aliud quàm Rethoricam perdicit, quæ sine optimis disciplinis, etiam ab eius scriptoribus damnatur.

Quid Aſtrologi ex obſeruatione ſyderũ præcognoſcere & prædicare poſſint quid non poſsint. *Cap. V.*

HAnc queſtionem ſic ſoluunt Conimbricenſes, Prima Concluſio Syderum, planetarum, quæ omnium ortus,aſpectus & Eclipſes, aliaque id genus ad cæli ſtatum pertinentia, poſſunt Aſtrologi certo multoquè,antea prænoſcere. Probatur: quia hęc omnia tantum pendent à Cæleſtium Spherarum motibus, quos rato, indeflexo, & ęquali ordine fieri conſtat. Aſtrologi autem poſſunt eiuſmodi motuum, leges compræhenſas habere. erit tamen ea certitudo Phyſica,dumtaxat,quia in diuina poteſtate, eſt talem ordinem (ſi libuerit) immutare. id quod non ſemel ètiam accidiſſe, ex ſacris litteris cõſtat. legimus enim Ioſue cap. 10. ſolem diuino Imperio conſtitiſſe. & 4. Re cap. 20. & Eſaiæ. cap.38.decem lineis retrogreſſum.

Secunda Concluſio; morbos', frigora, tempeſtates, ſterilitatem, pluuias, ſiccitatem, terræmotus, aliaque eiuſmodi naturalia affecta, quæ infra lunam; ę cæleſtium corporum defluxu, magna ex parte obueniunt, poſſunt Aſtrologi admodum probabiliter, non tamen

certò

certo enunciare : Huius conclusionis prior, pars suadetur : quia non latet Astrologos vis, & efficientia astri, aut constellationis certo huius anni tempore dominantis : atque ita possunt diligenti obseruatione, quæ in hoc rerum genere oritura videantur, coniectari.

Posterior, pars (quã Columella lib. 11. cap. 1. ait se in ijs libris quos contra Astrologos composuerat, ostendisse], ex eo concluditur, quia per difficile est omnium Syderum, à quibus eiusmodi euenta inhiberi queunt, vim, & concursum amussini tenere. Nec poterit, non confundi ratio. disciplinæ, in tanta stellarum multitudine, & influendi varietate, que nulli mortalium nota est : presertim cum alia, quæ minus difficilia, minusque recondita consentur, nondum satis comperta habeant Astrologi, vt quinam sit numerus orbium cælestium, qua inter eos dignitatis differentia, quæ motuum varietas, & proportio, quo spectat illud in lib. Iob. cap. 38. (nunquid nosti ordinem cælius] & illud Psal. 146. qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Preterea vt Auicenna in sua Metaph. aduertit, ad eiusmodi effectorum cognitionem non sufficit Astrologo calum inspicere, sed oportet inferioris mundi naturam, diuersorum terrãrum situs, & innatam cuique regioni téperiem, ac denique omnes proximas causas, qua ad promouendum aut Impediendum cęli concursum, aliquid momenti habent exploratas

tas habere, Quare necesse erit, in his etiam naturalibus effectis, incertum esse, fallaxque Iudicium. Id quod monuere preter alios, Eudoxus Archelaus, Carsandrus, & Hoychilax: mathematici peritissimi. Denique idem ex eo confirmatur: quia sæpe astrologi in hisce Iudiciis, toto cælo, terraque aberrarunt, ac multo aliter quam prædixerant, euenit. Certe Picus mirandola lib. 2. aduersus Astrolog. cap. 9. ait lepositis ante oculos decretis Astrologorum, è diebus supra centum triginta, quos iugi obseruatione notarat, non plus sex, aut septem tales vidisse, quales in eorum libris futuros legerat, quam deceptionem frequenter inueniet, qui Astrologorum Ephemerides cõsuluerit; præsertim cum eorum præditiones, ad certam horam, aut diem pertinent. Tertia Conclusio neque, actiones, quæ ex humana voluntate pendent, nequè successus contingentes, aut casus fortuitos possunt Astrologi prę noscere. Hęc conclusio est sanctorum Patrũ, & Theologorum communis: probaturque à Diuo Roma. 2. 2. quest. 95. articu. 5. quia quod ad actiones liberi arbitrij attinet, sicuti corpora cælestia, in intellectum, & voluntatem directo, aut necessariò motu, nihil influunt [alioqui omnis arbitrij libertas, omnis honestæ, & laudabilis vitæ ratio, omne meritum tolleretur, ita nequeunt Astrologi, ex cælestiũ corporum intuitu, eiusmodi actiones præuidere. Deinde suadetur Vniuersim eadem Cõ

R clusio:

clusio: quia euenta talem causam sortiuntur, qualia ipsa sunt, cum causa, & effecta sibi mutuò respondeant. Quare sicut ipsa, ex auidente, & non necessario eueniunt, ita non vendicant certam causam, cuius intuitu innotescant, sed omnino ancipitem, & difinitam; & ex Consequenti antequam exsistant, à nullo intellectu creato, viribus naturæ cognosci possunt.

At enim nonnulli tam veterum, quàm recentium astrologorum Superioribus conuicti argumentis, fatentur non esse in calo, & apud sydera certas humanorum euentuum causas: sed tamen esse stellas quasdam fatales, quę sub certo situ ac facie, cuiusque fortunam, & successus etsi non efficiant, portendant tamen, & tanquam litterę descripta, exhibeant. Pro quorum sententia adduximus, quintum Superioris articuli Argumentum. Sed hęc etiam vanitas coargitur à D. Thoma, loco cit. ea ratione, quia omne materiale signum, vel est effectus eius, cuius signum est, quo pacto se habet fumus, ad ignem, quem indicat, vel tam signum, quàm res significatæ, proficiscuntur ab eadem causa, atque ita sese mutuo Indicāt, quatenus id quod causam monstrat, consequutione quadam effectum prodit. Sicuti Iris Serenitatem denunciat, quia causa Iridis seneritatis causa est. nequeunt autem corporum cælestium motus, aut situs, esse effecta ipsorum futurorum, contingentium, & luce clarius est,

Neque

Neque item illi,& effecta ad aliquam Superiorem causam materialem, sibi communem referri possunt,vt etiam patet : cum hæc causa, non detur. Si quidem corpora celestia,supremum locum obtinent inter agentia, quæ materia constant. ergo & quod si quis dicat, vtraque reduci in diuinam prouidentiam, vt in cōmunem causam, fatendum id quidem est, verum aliter à prouidentia diuina constituuntur, atque ordinantur motus, situsque corporum celestium, aliter euentus contingentium futurorum : illa enim sortiuntur rationem necessitatis, & stata, & stabili lege, ac definito modo eueniant; hac autem rationem Contingentiæ, vt variæ, ac mutabiliter in vtranque partem accidant. Quare fieri nequit, vt ex syderibus, tanquam ex notis signisue prædicta futura cognoscantur. Hęc ex D. Rom.

Præterea stellæ, quas Astrologi considerāt continentur certo numero : sunt enim nō plures, quàm mille,& viginti duæ. Igitur nullo modo fieri potest, vt omnium hominum, qui tunc nascuntur, fata & tot rerum futurarum euentus, tanquam dissimiles casus describāt, nisi quis dicat, eas varie componi, & inter se commisceri ad modum litterarum, quę paucæ cum sint, varia coitione,& transpositu efficiunt innumerabilem vocabulorum, ad res significandas multitudinem. At hæc responsio futilis omnino est,nec enim stellæ ita confunduntur : quandoquidem in errantes, semper

eundem inter se retinent situm: ex diuerso autem errantium . ad inerrantes positu aspectuue, non potest conformari distincta significatio, ad tantam rerum colluuionem, simul iudicandam.

Aliter quoque probatur idem institutum, apud D. Clementem lib. 9. recognitionum & a D. Augustino lib. 7. cõfess. cap. 6. a D. Gregorio Homil. 10. in Epiphaniam a Tullio lib. 2. de diuinatione; videlicet quia compertum est, multos eodem conceptos tempore, & sub eodem aspectu syderum, ac cęli inclinatione natos, denique acquorum genitura, idem cæli thema describere, eadem enunciare debet Astrologus: nihilominus non eadem accepisse fata, sed alios fuisse piscatores, alios reges, alios nautas, alios tardo, alios Solerti ingenio & disimili prorsus vitæ excitu, Successiue rerum. Quod Cicero loco citato illustrat, exẽplo Euristhenis, & procli gemniorum. Sed habemus in diuinis litteris, luculentius exemplũ duorom fratrum gemniorum Iacob, & Esau, quibus constat tam diuersa vitæ studia, & mores fuisse.

Huic argumento occurrunt Planetarij, breuissimam illam moram, quæ inter geminorũ ortus cadit, & si apud nos perexigua iudicætur, tamen in cælesti mundo, ob eius magnitudinem, rapidissimamque vertiginem insignẽ esse, magnumque habere momentum, ad varietatem. Verum istiusmodi effugium euertit

D.

D. Gregorius. Homil. 10. ſuper euangelia hunc in modum: Si proptebca Iacob. & Eſau non cenſentur nati ſub eadem conſtellatione, quod non ſimul nati ſunt, ſed vnus poſt alterũ ob eandem cauſam iudicandumerit nullum hominem ſub eadem conſtellatione totum naſci, non enim totus ſimul ex vetero procedit, ſed particulatim, & menbratim. Quare ſingulis membris, ſingula erunt fata. quod ridiculum eſt.

Preterea mittamus geminos, in quibus eam interiectæ moræ, latebram Aſtrologi in venere: conſtat multos eodem prorſus tempore eodem poſitu ſyderum, in eadem Conſtellatione in lucem edi, quibus tamen diuerſa omnia in vita contingunt; è contrario etiam patet multos, quibus diuerſa facie Sidera, pleraque mirè conuenientia, & ſimilia obtinuiſſe. Vana ergo ſunt ac ficitia Sydera, illa fatalia, quæ Aſtrologi ponunt.

Atque hinc conſutata etiam manet ea reſponſio quæ contra Superiorem D. Thomæ rationem poſſet. excogitari, ſi quis nimirum diceret, ſtellas non eſſe naturalia, ſed diuina fſigna fururornm contingentium, ita vt à Deo ſupra facultatem naturę, eam ſignificãdi vim acceperint, hoc enim argumentum ab experientia ductum, palam oſtendit ſydera non ſolum eſſe naturales, ſed nec ſuper naturales notas futurorum euentuum: alioqui diuina ſigna, falſa eſſent. vt pote, quæ multis eadem, quibus,

diuersa multis diuersa, quibus eadem contingunt indicarent.

Ex superioribus liquet, non posse Planetarios certi alicuius hominis, regni, aut ciuitatis casus. fortunam, aut circonstantias rerum negociorum ve prædicere; vt Alexander veleno periturus sit? an Aeschylus poæta casu, testudinis, ab æquila demissa interimendus; an regnum Græcorum regno Persarum dictius durare debeat, aliaque eiusmodi, quæ tamen in Antrologorũ in obseruando, superstitiosa vanitas, atque in pronunciando in consulta temeritas, se scire profitetur: quibus certe in rebus, illi non tam multa metiuntur, quam mẽtiuntur; neque tam ex cęli, quam ex cerebri vertigine loquuntur: de sane quidem, dum hæc affut iunt, artem suam conuicta vanitate in contemptum, & risum vocant, & quod multò grauius est, bonis moribus non parum officiunt: nam & scelerum causas tacite, in stellas referunt, & excusandæ nequitiæ Asylũ aperiunt, & illos, qui si Consulunt, eo interdum adducunt, vt nihil nisi auspice Cælo moliri audeant, nec tam in Dei ope, quàm in afflata syderum rerum suarum spem collocent.

Quamobrem multis locis, nos Sacræ paginę auctoritas ab hac diuinatrice Superstitione deterret, vt Deuteron. 18. illis verbis (Gẽtes istæ diuinos audiunt; tu autem à Domino Deo tuo, aliter institutus es. Et Esaiæ 47. qui contemplabantur sydera, & supputabant menses,

menses, vt ex eis annunciarent ventura, tibi, ecce facti sũt quasi stipula ignis cõclusit eos) & Ieremiæ 10. Iuxta vias gentium, nolite discere & a signis cęli nolite metuere, quæ timẽt gentes; quia leges populorum vanæ sunt.

Eandem isuperstitiosam Astrologiam, damnauit olim Senatus Romanus, qui alioqui omnium pene gentium superstitiones sibi assumpserat. Itaque Chaldæos, hac fallaci syderum interpretatione. mendacij questum compatentes, vrbe pelllendes censuit, vt testatur Cornelius Tacitus, annalium lib. 2. damnarunt quoque eandem permultæ leges, in Codice Iustiniani, lib. 9. tit. 25. de malef. & mathemat Item Concilium Bracharen se 1. cap. 9. & 10. Concilium primum Toletanum, circa finem, asserris ne fidei, contra Priscillianistas, & Martinus Papa 26. cap. (non licet] alijque Pontifices varijs decretis, & diplomatis, atque Alexander Tertius vt habetur cap. [. ex tuarum de sacrileg.] sacerdotem quendam, qui imprudẽtia magis, quam impietate, autddo per Astrolabium constellationem obseruauit, eo animo vt deprehenderet auctorem furti, aquores, e templo quodam fuerat ablata, nam hoc etiam planetarij se scire inquiunt, vt patet ex his, quę tradit Hali Iudiciarius, in explicatione quartę domus cap. 39. quod inscribitur de Thesauris, & rebus terra occultatis, cum inquam Sacerdotem pœna multauit, vt per annum integrum, ne celebraret: monens id factum, cum

grauissimo scelere fuisse coniunctum. Postremo annis superioribus, sixtus quintus litteris Apostolicis statuit, ac præcepit, ne quis Iudicianæ Astrologiæ artẽ preterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem meduã exerceret, neue iudicia faceret, quibus futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmaret, etiamsi id se non certo affirmare asseret, aut profitetur.

Rursus eandem vanitatem coarguunt, & asperrime insectantur, D. Clemens, Basilius, Ambrosius, Cyprianus, Hieronimus, Chrijsostomus, Theodoretus, Damascenus, Gregorius, Magnus vterque Gregorius Græcus, Lactantius, Eusebius, Seuerianus, & Augustinus, qui cum super Psalm. 61. ad populum concionaretur, Mathematicum quendam in medium produxit, redeuntem ad meliorem frugem, & huic arti quam perfidiæ renunciantẽ, quo quidem loco, eos libros quos D. Lucas in actis Apostolorum capit. 19. ab Ephesijs D. Pauli concione ad fidem conuersis, combustos, narrat asserit, idem Augustinus fuisse de rebus ad Astrologiam iudicianam spectantibus.

At neque ij, quibus fidei, & Christianæ veritatis lumen afflu sit, sed Ethnici etiam Scriptores eam exagitarunt, & irriserunt, vt Marcus Varro, & qui exillius sinu omnium superstitionum vanitates effluxisse scribit, & Cornelius

lius Tacitus Histor lib. 1. qui mathematicos genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax . nuncupauit, quod etiam testati sunt Doctores Astrologi, vt Bardessanes Chaldeorum peritissimus, apud Eusebium Cęsariēsem lib. 6. de preparat. Euang. cap. 8. fauorinus apud Gellium cap. 10. lib. 14. in ea oratione, quam Romæ aduersus astrologos habuit, Eudoxus Platonis discipulus habitus sua tempestate Astrologorum Coripheus. Nec sane Plato & Aristoteles Philosophia Principes, cum de astris, & rebus cælestibus disputarent: nec ante illos Timæus Pithagoricus, in lib. de natura quicquam de ratione, ex astris diuinandi litteris mandarunt.

Plura contra hanc vanitatem, disertè scripsit Picus Mirandula libris 12. eiusque nepos libris 5. Gerson in Trilogio Astrol. & in tract. de error. art. mag. Medicina lib. 2. suæ Parçn. Mirand. Episcopus lib. 22. 22. & 24. de singulari certam alijque ætatis nostræ Theologi, & Philosophi non pauci.

Sint ne Senibus Ducendæ Vxores nubendum Vetulis. Cap. VI.

VIdetur quod sic, quia vt ait Iunius Primo magis in Senectute, quam iuuentute videtur necessarium matrimonium: quandoquidemus ætas ista, maxime cura, & officio eget.

debi-

debilis plerumque, & infirma est ;Secundo Senes, vt plurimum publicis negocijs occupati, opus domi habent matresfamilias bona, vt res domesticæ bene curentur. Terzo vxorem ducunt nõ voluptatis,sed salutis causa,vt sit adiutorium Quarto Etiam exempla hæc summorum, & clarissimorum virorum, hoc ipsum comprobant, vt Abrahami, qui anno ætatis centesimo, & quadragesimo keturam elegantem puellam duxit. Gen: 25. cap. Masinissa, qui puerum quadrimum nonagenarius reliquit. Diod. lib.32.Val. lib.4. cap. 14. Plin. lib. 7. cap. 14. Pompei qui Corneliam, Metelli Scipionis filiam, Iuuenculam matrimonio sibi copulauit. Plutarchus in Pompeio Ciceronis qui Sexagenarius, cum Publia Virgine matrimonium contraxit, Plutarchus in Cicerone, Catonis, qui octuagesimum agens annum, filiam Clientis sui adolescẽtulam duxit, Plutarchus in Catone, & notum illud demetrij Policrætę est, qui cum ad Philę antipatri filiæ, nuptias compelli non posset, & quod vetula illa edentula esset parẽs illud Euripidæũ insusurrauit, vbi lucrum affulserit, ibi præter naturam vxor ducenda. quod non pauci hodie Concilium sequuntur, Sabellicus lib.7. Ennead. 4. Sed parum felici euenti. In omnis enim generis libidines,& flagitia alia Demetrius delapsus probauit.

Sed par & æquale matrimonium deligendum est, vt Iuuenes omnes Euripides hortatur

tur, ne ĩ senectute nuptias celebrét, stobæus ser mone 69. ex Eurijpide in Danae, neque teme re vetus illud dictum, Senex amator, extremũ In fortunium. Tiraquellus ex carmine Græco lege. 6. vt & Tibulli istud. quando scilicet senex amator conspicitur.

Huuc puer, hunc Iuuenis: turba circũterit arctà
Despuit in molles & sinus quisque serius.

Neque illud temere, quia Primo imparia matrimonia cum contrahuntur oriuntur discordię, ac dissensiones inter coniuges, Arist. Polit. 17. cap. 26. Coniugum vero dissensio, totius est domus perturbatio, August. in Psalmum 33. Secondo senes natura sunt morosi, difficiles, in tractabiles, ac propterea ad amicitiam & societatem inepti, Aristoteles 2. Met. de moribus senum. Et Ethicorum 8. cap. 6. 3. Est: pręterea horum frigida, & sicca Ideoque ad matrimonium inepta ætas, nisi naturæ leges violandę sint Aristoteles de longa, & Breui, vita, Plato lib. primo de Repub. Plutarchus, in Solone, Ciceroin libello de Senectute. Accedit huc 4. quod matrimonia in Senio contracta, etiam propter liberorum successionem, sunt infelicia: quia parentes cum grandes sunt natu beneficiorum suorum fructum à liberis suis reportare nequeunt vt neque liberi à parentibus re aliqua propter mortem subleuari. Vnde post, aut mollitier, Penierseque educantur, aut summa in egestate, atque inopia vitam traducant. Arist. lib. Polit. 7. cap. 16.

Sed

Sed & preter hæc incommoda alia, eaque plurima sunt, è senum coniugijs, quę manant, ac profluunt. Sunt adulteria: quandòquidem Plautus in mercatore, vt ait.

Senex edétulus, & Capularis, & decrepitus est,

Tātumdē, quasi sit signum pictū in parietes Imperia in maritos: iuxta illud Aristhophanis: vxor senis sponsi domina est, lites, & contentiones perpetuæ: ædaus, ac letiferæ febricnlæ: interitus senum: Ludouico hoc XII. Galliarum Regi accidit, qui ducta maria, Henrici Octaui Regis Anglię sorore, Virginę, eximiæ venustatis, ætatis, & valetudinis suæ, pene oblitus, concepta edaci febri non multos post nuptarum dies interijt. Iouius lib. 3. in leone X. Zelotijpia denique maritorum, quæ facit vt quemadmodum Reges, sic etiam mariti, dū omnia timēt omnia suspicantur facile credūt, quæ suspicati fuerant vt Chrijsost. in Mattheū & Bernardinus in prima parte Rosarij dicit, quod puella ducta à sene, potest Pheretum secum deferre, pro tumulando maritum, quoniā & ipso mortem, cum vxore ducunt, nā coitus vitam diminuit, vt dicit Auicenna in primo lex & ideo dicitur, quod mulus est longioris vitæ, quam asinus, & Commentator dicit quod Ideo Enunchi plus viuunt, & Aristoteles primo de Animalibus, quod gallinæ multum ouantes, cito moriuntur, & arbores, quæ multum fructificant, citò desicantur, & præsertim non conuenit, quia senectus per se ipsa

morbus

morbus eſt, vt ait Terentius, & ſenex præſumi tur minus, viuere, quam ęger, & Cicero luxuriam omni ætati turpiſsimam, ſenectuti fædiſſimam eſſe, & Seneca Adoleſcens luxurioſus peccat, ſenex luxurioſum inſanit, & vt dici Solet

Militat in teneris annis amor, hoſpes amænus
Et in Canitie ridiculoſa venus.

Portius inſtit: de nuptijs col. 4. quod & ſenectus eſt tantum apta nuptijs, quam tum bruma meſsibus; ridiculum Ioci genus eſt, ſponſus ſenex, vt inquit nauis ſtultifera, de antiquis fatuis, Aeneas ſiluius Epiſt. 83. omnibus infedeles ſint fæminæ, ſenibus quidem infidelisſimæ ſunt, propterea dicebat ſeni amico ſuo, ſi capis Iuuenculam faciat tibi cornua, vt pe reum in l. precipiunt ædiles ff. de ædil: edict. & ſenum coitus minus aptus eſt, ad procreationem ſobolis, & licet ſenes multos videamus amantes, amatos autem raros, cum igitur ſenes non poſſunt fere dici habere ſpē prolis, videtur, quod vxores capere nō deberent, & ſi ſe in matrimonium collocunt, ſine ſpe prolis, non marrimonium ſed connubium, eſt vt dicit felin. in c. cū ſit generale col. 8. de for. compet. dicit etiam Roſarium buſti Seconda parte ſi maritus, & vxor ſint correſpondentis ætatis, que placebunt naturaliter vni, pariter alteri, ſi è contra ſecus erit iuuenit, velet ire dormitum, ſenex voluerit ſtare penes ignem, quoniam in lecto omnino dormire non poſſet, & diſsimilitudi

nes

nes œconomicemorum, inter virum,& mulie rem causæ sunt inimicitiæ; & Cicero dispares mores, disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias, vnde sequitur, quod non diligitur, quod faciliter contemnitur, quia nullum bonum nisi voluntarium, & symmacus quod natura semper gaudet æqualibus, & familiares sibi est omne, quod simile est. & in habentibus symbolum, facilior est transitus, reiterati nuptiarum est contra hone statem, magisque expedit Reipub. honestatē seruari, quam multiplicationem populi, ex corruptis moribus promanantem; quod dictum est de homine etiam de vidua potest dici: nam ex secundis nuptijs contristatur anima mariti defuncti, § nos igitur volentes, in authen. de nuptijs, item contristatur prima soboles, parit enim vidua incommoda, dicitur enim fornicari, qui capit viduam licet sit honesta formicatio, quare Franciscus Philelphus in quadam Epist. dicit, inter cetera, quod duas habuit vxores, & quod si tertio sibi nubē dum foret, adhuc virginem capere vellet. Propterea Apuleius in Magia, aiebat, quod quod cunque in dotem acceperis, potest cum libuerit reddere sola virginitas reddi nequit, sola apud maritum ex rebus dotalibus permanet, item, qui ducit viduam, bigamiam incurrit, & priuilegium Clericatus ammittit, & alia plura de quibus in titu: de bigam. & licet primus coniux viduæ fuisset, Demon; tu vero sanctus

semper

ſemper tibi bonitatem primi obijciat. maxi me quando ex primo, adhuc habet prolem, viuum à tali enim prole ſemper tenecandum minatur, mulier etiam ſecundum, Philoſophum, ſemper plus diligit virum, a quo fuit defloratas, quam alios quoniam abeo ſuam perfectionem cæpit, vt Fenero ſcribit Phalaris, item Bulgarus fuit à ſcolaribus deriſus, quia in craſtinum primæ noctis, qua dormiuit cum vxore, cæpit illum l. rem non nouam C de Iudic. Omnis dementia capit homines, quando vetulam capiunt, quoniam præter votum captandæ mortis, coitus te vetularium mulierum eſt, adeo noxius, vt eos ipſis vetulis quæ ex hoc vegetantur, breuius viuere facit, vt ipſi in mortem quam vetulę ſpectant, priores incidāt, & ſic euenit illud Mænandri quod refert Gellius lib. 2. dum eius mortem inijo egomet uiuo mortuus, inter viuos. ſpectat adhoc etiam illud Philoſophi, vetulam non cognoui, cur debeo mori. & illud quod Capra Iuuenit commedit Sal, ſed antiqua deuorat Sal, & ſaculum, & corium vetus maiori adipe nidiget, & ideo medici ſcribunt coitus cum vetulis, ardorem vrinæ valde Iuuare, quia multum attrahunt de ſpermate, & in annotationibus varijs Paptiſta Puis, cunnum vetulæ vermes quandoque generare, quare fornicari cũ vetula, eſt turpe, & grauius peccatum, quam cum Iuuene, & preſertim cum ſe ridicule adornant de quo illud poteſt dici, materiam ſupe-

rabat

rabat opus. Gallus tunc dicebat, se male plumam, quam carnes. vt refert silua nuptialis.

De Vitijs Mulierum. Cap. VII.

FAEmina est peccati symbolum, labilis enim mollis, & ad delinquendum procliuis admodum est mulier, tantaque infirmitatis vt Salomon dixerit meliorem esse iniquitatem viri, quam, mulierem benefacientem, cui concinit Mænandri versiculus.

Muliere nihil est peius, vel etiam bina
Alter quoque
Vbicũque mulieres sũt ibidẽ mala sũt omnia.

Quoniam mulier homini confusio est, continua solicitudo indeficiens pugna, quotidianum damnum, solitudinis impedimẽtum, adolescentiæ naufragium, Animal pessimum, pondus grauissimum, aspixs insanabilis, humanũ mancipium, & vt ait Chrisost. amicitiæ inimica, ineffugabilis pæna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni colore depicta, malum omni, malo peius, siue illa mulier, siue illa pauper sit, siue facultate habeat, cooperatrices sunt malitiæ suæ, si iniuriam patitur insanit, si honorem accipiat extollitur. Si potentis vxor, sit, non cessat nocte, atque die, callidis stimulare

lare sermonibus, blanditur nequiter, & quod vult, importuna rapit violenter; si pauperem habeat virum, ipsum ad iracundias, & vixas concitare non desinit, si vidua sit omnes passim despicit, & ad omnem audaciam tumide inflatur, nonnulli fæminas monstra hominum esse aiunt, & propter calorem deficientem nasci, nec id quidem iniuria, cum multis placeat mulieres ferme rationis esse expertes nã Diuinis Plato dubitare videtur, vtro in genere ponat mulierem rationalium animalium, an brutorum. Martianus autem scribit Mineruam ideo sine matre na am, quod in fæmina prudentia non est, cuius Dea est ipsa Minerua, versus Martiani sunt huiusmodi in hymno Palladis.

Hãc de patre ferunt, sine matris fœdere natam,
Prouida concili, quod nescit curia matrum.

Porro mulierem esse malam, per quam venuste significauit, & Democritus, qui, cum percunctaretur, cur, cum magnus esset vxorem, duxisset pusillam, ego inquit in malo deligendo quod minimum erat, elegi, & Prothagoras interrogatus, ob quam causam inimico filiam dedisset, respondit se illi nihil dare potuisse deterius: & Diogenes, cum vidisset mulieres, ex olino pender laqueo præfocatas, vtinam, inquit, & cæteræ arbores similem ferrẽt fructum eo quia male cupiebat, videre omnes pensiles; Idem cum videret mulierem in lectica, dixit, Caueam non conuenire feræ, notans tam

efferum, ac noxium animal ferrea . cauea coèrcendum. Gilbertus in quęstionibus œconomicis, enumerat ducenta incommoda, quas mulieres ad ferre solent. sunt enim fatuæ. quare mulieris concilium est inualidum, & à mulieribus non bene ciuitates administrantur, propterea non possunt de consilio esse, nec cõdere statuta, quia inter eas, non solet regnare prudentia, sunt enim communiter stultæ, vt habetur in quadam Genuæ Cronica, vbi dicitur, quod earum natura est in principio habere præsumptionem, in medio stultitiam, in fine verecundiam, & ibi rationem asignat, ex ijs tot sunt stultissim, quot simpliciter stultę videntur, sapientes, & propter earum stultitiam, stulte loquuntur, & propter summam fatuitatem communiter quærunt concilium, cõtra primum commodum, vt Amadæus in Dialogo de Amicitia, antea quam nubant, caperent vilissimum quemque denide vero si vir Rex esset, eis non satisfaceret, semper conquerentibus, singulisque mensibus vellent viros quatuor, vel sex, mutare. Item credunt ipsę Zelotipię dare poculum amatorium viro & eum enecant, vel deducunt ad Insaniam quibusdam superstitiosis commixtionibus hinc illud verificatur quod maius damnum infere fatuus quam fædissimus homo, quia omnis ignorans malus, cum ignorantia fit mater omnium errorum, & ignari homines non sint: sed hominum imagines, vt Panormitanus in c.

pru-

prudentiam de offic. deleg. Hęc mulierum fatuitas adeo contagiosa est, quod viros secum conuersantes, etiam infatuat, vt Bibilia Aurea c. 33. de concilijs malis, iuxta illud, qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea nihilquē tam nocet homini, quam deprauata societas; si ergo ambo erunt fatui, succedit s. fatuo fatua. ff. de postul. quare si cæcus cæcum ducet, ambo in foueam cadent. sunt inconstantes. nā varium, & mutabile semper fæmina, cap. forus de verb. significat nam fæmina, falsa dicere nunquam desinit. & Codrus, quod fortuna recte effingitur fæmina, quia est varia, Vitio Incontinentiæ laborant, nam casta est quam nemo rogauit. Panormitan. in c. 2. de Bigamia, Eliogabalus in oratione ad meritrices Ioannes Baptista Ignatius ait quod si quis diligenter perquirere voluerit, tot ferme lupanaria in illa vrbe sunt, quot domus, & subijcit inter secretas, & publicas meretrices tantum differre quantum inter milites, & grassatores, iustumque bellum, & latrocinium, quorum alter palam in aciem prodiens committit prælium; alter vero quia ei tanti non est animi, clanculum sine signis latrocinatur, Hoc non credens, experiri voluit secundus Philosophus qui ipsam matrem sic adinuenit, sibique silentium elegit perpetuum. etenim vellent redire ad illam coniunctionem, quam dicit Plato, fuisse masculum cū fęmina generatos, postea scistos, quia citius sentiunt odorem hominis

quam anseres glossa in Clementia. Si Domi numin §.licet in vers.omnium sanctorum de reliq. & venerat, sanct. in mulieribus enim quandoque Igneus ille furor nescit habere modum, plurimæque sunt, que viros mortuos vellent, vt licentius peccare possint, sed pænitentia impulsæ plurimæ cognouerunt, quanta fuerit viri iactura, Impium profecto videtur, homines famam suam in fœminarum manibus ponere, quæ aliqua indignatione irritatæ facinora perpetrant fædissima, neque cogitant mulieres adulterium natura, iure diuino & humano turpissimum. Sed experientia docet, adulteras tandem in longa ægritudine, vel necessitate mori. peccatum enim vetus pænitentiam nouam expectat, mulier adulterium committens, nihil deterius committere potest. nam latrocinia, homicidia, rapinæ & huiusmodi virorum facinora à mulieribus absunt, solam honestatem mulieres seruare deberent & ideo eas ab omnibus publicis officis, ac muneribus antiqui, & recentiores remouerunt, vt pudiciam, & castitatem intactam conseruare possent, ex adulterio concipit in eam vir grauissimum, iustissimumque odium, indignatur enim plus de adulterio, quàm si filiam aliquis vitiaret vel mulierem occideret, vt Lucas de Penna in l. prima C. pub. letit. & Polycraticus quod non est dolor, sicut ille, quo corpus suũ quis videt aliena libidine pollui, cum sit os ex ossibus, & caro de carne c. admonere 33.q.2.

plus-

plusque delinquit mulier, propter nationis infamiam, quam si furaretur, vt Aret. cons, 31 & si vir de adulterio non indignaretur, lenonem procul dubio leges presumerent. Accedit virorum derisio, filiorum etiam, ad quos si mulieres aduerterent, cum sint earum caro non ita faciliter peccarent exprobatio. quæ abominabilis est, vt de Alexandro magno legitur, & de Phactonte, & alijs pluribus. Inde oriuntur discordiæ, bella, & indignationes, occultaque odia, magnam ignominiam vere existimantes esse, quod sibi obijciatur esse spurios; sequitur aliquando ex hoc Inconueniens grauissimum, quia vir indignatus forte non inueniens virtutem in verbis, nec in herbis, tandem quærit eam in lapidibus, & ferris & vt plurimum ad hoc peruenit indignatio, quod vir inducitur ad vxorem veneno afficiēdam. Quod quidem vxor aduertens, mauult preuenire, quam preueniri, vt de vxore luchini vicecomitis, quæ Insubriam infælicem reddit. quæ nomine Isabella, cognomento fusca, e fliscorum gente apud ligures nobili, quæ Luchino vicecomiti nupsit, ingenio procax, & leuis, ac impudica mulier, vt Venetias spectaret, à viro impetrauit, vt ornatissima classe, per Padum deueheretur, delectis in comitatu feminarum nobilissimis, quibus, & ambiguus inesset pudor, nec viri earum tuendæ pudicitiæ cura tāgerentur. verum luxuriosissime nauigationis exitus fuit, vt cum insigni pro-

bro, prostratæ pudicitiæ apud Vgolinum Gonzagam Mantuanum, Dandalumque Veneti senatus principem redierit, pari infamia deflagrantibus nonnullis illustribus fœminis ex comitata, quum a pudicis pariter, atque in eodem crimine maculosis. leuitate muliebri per mutuas delationes singularum adulteria proderentur, Fusca cum detectum marito scelus videt, ipsum podagra laborantem, veneno lento atque tibefico necat. Ita familiam, & mariti domum infamia replet, & grauissimis belli causam dat, quod postea inter Mantuanos, & Mediolanenses infenissimis animis gestum nascuntur etiam ex adulterio quandoque adulterini mares, qui legitimos a pater na successione excludunt, qui quamuis non præsumantur propter scandala, quæ ex ijs oriri possent, tamen mulieres, vt plurimum flagrantius adulteros amare, quam viros compertum est. quod quidem ex eo satis constat, quod cum infami peccato, & ignominosa turpitudinis nota, maximisque super eminentibus periculis datis perditionis illis complaceant; quare dicendum videtur quod in coitu facilius cõcurrit cum adultero, ad procreationem sobolis, quam cum marito, quem minus diligere solent. Sequuntur etiam discotdię inter fratres qui licet sint vterini, diuerso tamen semine geniti, diuersisque naturis prędit, semper discordiam alunt, & nutriunt. sed quod peius videtur, est quod, damnum Reipub. maximum

in-

infertur, quia non solum discordia inter multos, sed etiam inter adulterum, & virum quia nulla vehementior est discordiarum causa quam vnius fœminæ a multis maribus appetitio, secundum Platonem. Item & inter affines, quia naturalis affectus hoc permittit, vt qui vnum agnatum, offendat, totam agnationem offendisse videatur, secundum Baldum in c. final. de appellat. iniuriaque facta vni de familia, toti familię facta censetur, aut fœlin. in c. eum quidam col. finali. de Iur. Iur. Vnde perturbatur pax populi, & bella Ciuilia oriātur, quorum finis vel seruitus, vel interitus. nascitur etiam aliud incommodum, quod viri domi suæ adulteros inuenientes, iusto dolore permoti, eos trucident; in nulla ergo muliere est probitas animi, nec morum institutiones nisi sanctificentur, Auarissimum est genus mulierum, Iuraque præsumunt omnes esse malas communiter, múltasque habere malitias, quę narrari non possunt. sunt qui enumerent septem mulierum proprietates præcipuas, vt Aphrodiseus, sanctas videlicet in Ecclesia, angelos in accessu, Dæmones in domo, Bubones in fenestris, Picas in Porta, capras in Horto, fætorem in lecto. alij vero enumerant, per ætates, singulo septennio, quod exerceat fœmina Primo ergo septennio, quia est lœna, id est, quia mater per eam, cum sit infantula, nec exinde concipere malitiam possit, mittit vocatum Amasium, Secundo septennio est vir

go. Tertio est Philo capta Quarto est meretrix. Quinto est porca. Sesto iterum lena Septimo. reuenditrix, Octauo mendicat cum dolio vinum Nono. efficitur strigmaga, & tandem comburitur, somnium viridarij lib. primo nouem mulierum vitia auctoritae legali, præterquas multa alia enumerat Tholosana q. 418. quæ longum esset recensere. prohibentur mulieres intrare aliqua Ecclesiarum sacella, vt in Sācti Ioannis in suburbio Ticini, pæna mortis statuta, secundum Iacobum Gualum in sāctuario Papiæ. lib. 4. & in Sacello santi Ioannis Baptistę in Genuæ metropoli constituto in Ecclesia santi, Fiacri scoti, quæque temere tentauerunt ingredi, in rabiem versæ sunt, vt Gaguinis in vita Glotarij. & priscis temporibus interesse sacro Herculis prohibebantur, vt dicit. Iac. Bonon in varijs annotatis ad Silium Italicum: habent caput dissimile viro, vt cognoscunt, qui aliquā de causa ex humare arida mortuorum capita ex diuino præcepto debent viris seruire, & in Sacra Scriptura, non legitur fęminas in regno vnquam successisse. nā, vt ait Lucas de Penna in l. pen. C. de profess & med. lib. 10. quod si regna regunt vuluæ, gens tota proclamat simul. Verba non faciam de laruis, quę passim ab auctoribus trāctantur, sed de vitiis ignominiosis, & impurissimis quarumdam, quæ ab hominibus vitiatæ artificio quodam virgines se in matrominium collocant, quare Philelfus decade 4. Satyra 2.

di

dicebat, ideo felix, tibi, si illa, quam credis Virginem, non fecerit nisi vnum spurimum; cur ita diceret, scire debebat, sciunt enim inquinatissimæ mulieris scelestis artificijs, quæ hic recensere non libet, instrumenta sua restringere, pro vt de Domina Caracosa, quam refert præpositus in c. consulto de frig. & malefic. quæ, vt placeret viro suo, tantum se restrinxit, quod nec ipse, nec alius potuit amplius eam cognoscere. solent turpissimæ mulieres, se in obscuro collocare, id est dorsum ad fenestras vertere, ita quod lux eas non percutiat in facie, quam artem mercatores etiam seruant in vendendis mercibus, & ipsæ, quę cautiores sunt, si sunt in aliqua aula, semper loca eligunt eiusmodi, vel aliqua ornamenta faciem abscondentia adferunt, vt longe pulchriores videantur, excusantes ea propter solem deferre, ideo homines illis confidere non deberent, nisi eas aperto aere conspicerent, & cum alijs sociatas, vt comparatio nullo negotio fieri posset l. viduæ §. primo C. de nup. iuxta illud purpura iuxta purpuram adiudicanda. Nigræ enim cerusa veneta sese dealbant, vultum deformem artificiosa pulchritudo restaurat, non eis tarda pænitentia venit, quoniam vetulę, & rugosæ statim apparent. quod artificium, homines ipso vultu cognoscũt, prę sertim quæ sulphuræ subtq; fumigant frontem, vt horridum fætorem redoleant; & in eis accipiendis homines opienses

imi-

imitari deberent, qui, vt ait Thomas Morus, in Repnb. lib. 11. volunt mulieres videre, antea quam eas desponsent, nec immerito, vt Seneca Epistola 81.& Apulæius de Deo Socratis lib. primo circa finem, quem refert Ioannes Andreas in c. constitutus col. pen: de appellat. quod in emendis equis, non phaleras consideramus, & ornatissimæ ceruicis diuitias, sed solum eius corpus, & animum intuemur, illa tamen, quę ostenduntur, veniunt vendito equo, vt Angel. in l. eum qui §. non solum ff. de furt. sũt loquacissimę, quia vt Gellius lib. primo ait habent duo ora, & plures linguas, viri autem prudentiores quia habent duo capita. quare Iure cautum est, quod non possint missæ inseruire, Qui mulierum uitia scribere vellet, infinitis prope modum voluminibus esset agendum, Quare ego, qui sermone vernaculo non nulla de mulieribus publicis monumentis cõsignaui, in pręsentia silebo. Cæterum si quis nequitias mulierum legere cuperet, pręter satyricos, tragicos, ac Venereos Poætas legat bibliam auream, de fallacis mulierum, Merlinum Cocacium Macaronices, lib. 4. Platinam cõtra mores, pagina penultima, Rosarium busti lib. 11. Claud: super luc: tractatu quinto, Simproniam apud. Celestinam c. primo. Alanum Carterium Card: in Clement. si benefic. quæstione 10. de decimi lamentationem noui nupti ad septem sapientes Romanos. malitias mulierum Ioannis Alexandrini. Campanel-

lam

lam mulierum, Ludouicum Ariostum in Poemate cantu 25. & 26. Corbacium, & nouellas Ioannis Baccacij, Ghiraldi, & aliorum Manganellum Albericum, in Dictionario, in verbo mulier; ad hominem Malleum Maleficarum Polyantheam in verbo adulterum, matrimonium, & mulier Iosep. Palsum, & infinitas Sacræ scripturæ auctoritates, & quod malis occasionem ipsę præbuerint lati Musonius quem latinum fecit Stephanus de nigris, symphorianus de bello medicinali, multosque alios, tum latinos, tum vulgares, qui apertissime demonstrant, qua arte mulieres vtantur, vt aliquem semper fallaci reti trahant, vultumque earum diuersum, ac, varium, cum non ijs semper idem vultus sit, qui nunc pudicus nunc castus, nunc impudicus, nunc reconditus, nunc uagus, nunc iratus, nunc errans, nũc placidus, nunc tristis, nunc lacrimosus, nunc iucundus, ex tempore eum mutet, nunc videbis oculos benignos, dulcissimos, lætos, serenos, timidos, pigros, qui semper lubricam spem ostentant, nunc lingua verborum, sentẽtiarumque sterilis, nunc illecebrarum fęcunda nunc indignata, aliquandoque permolesta, quæ & si iniuc eunda, aliquem pietatis radium semper resplendere facit; conspicies eas aliquando solitarias, vuultum actionesque suas fingentes, ac distribuentes, & fallaci dolore oppressas, lachrimas plerumq ue elicere quibus homines inuitant, etiam ad luctum & sub spe

cie

cie amoris arma crudelissima, acutissimosque mucrones parãt; si vero aliqua spe permotæ atque irretitę hominibus suauissimis verbis alloquitur, vocantur, atque blandũtur, frontem gaudio exultantem, vt sol ex eo emergere videtur conspicuus & dum suauiter loquũtur, sua uiterque ridet conduplicato dulcore, sensus temulentos reddunt, qui deinde animum ex corde eruentes, atque extirpantes in præcipitium malorum immergunt, inter tot intra se contradicentia, id est inter glaciem, & ignem, inter risum, & luctum, interque metum & spem malitiarum suarum iaciunt fundamenta, supraque illecebras vanas, blandiloquosque iocos fabricantes fallacissime mulieres homines ruunt, inmiseriarumque absysum pręcipitant.

Vtrum præstantius sit Amare, vel Amari. Cap. VIII.

VIdetur amatos primum, amantes vero secundum locum obtinere nam cum causa nobilior sit effectu, amatus vero causa sit amoris, sequitur amatum pręstantia amãtem superare. amatum esse nihil aliud vult dicere, quam possidere aliquod bonum, cuius expers sit amans, quod ita verum est, vt si supponamus, Deum mihi dotes alicuius rei amatæ tribuere, ita vt eas in me ipso contemplarer eisque fruerer, tunc certissimum est, superua-

caneum

caneum fore, eiuſmodi rem amare, quandoquidem tanquam alter Narciſus, aliena non curarem Quamobrem videtur ſequiperfectionem ab amante deſideratam, non in ipſo, ſed in amatis reperiri, fauet illud vulgatum, quod actio ſit pręſtantior paſsione, & quoniam amari, etiam ſi nomen paſsionem ſignificet, at tamen actio eſt, cum pulchritudo amati, animum moueat amantis, ex quo etiam ſequitur amatum, ipſo amore excellentiorem eſſe. ſed dicendum eſt amantem, amato nobiliorem eſſe, quod ex reſponſionibus cõſtare poteſt. Reſpondetur enim cauſam amoris, non in amatis, ſed in nobis met ipſis in eſſe, ſi ſermo habeatur de illis deſideriis, qui amores nuncupantur, quique à noſtra voluntate, dependent cuiuſq; ĩmediatę cauſæ ſumus, quę veræ cauſę à Philoſophis appellantur. nam & ſi amati pulchritudo, cauſa amoris ſit mediata, attamen effectus immediatis cauſis, à quibus eſſentialiter, & mutuo dependent, attribui ſolent remotę enim cauſæ, non ſemper effectus producunt, vt videre eſt in cæleſtibus cauſis, quæ aliquando rem propter aliquam cauſam impedientem, vel impeditam, non ſortiuntur, illa ſuppoſitio ſuphiſtica, & falſa eſt, quippe quæ decipere poteſt, non veram cauſam effectus accipit nam caſus ille implicat contradictionem, quandoquidem ego verus amans, pulcherrimas partes amati, ab eo erepturas non patiar. etſi accidere poſsit caſus impoſsibiles,

& aliqua possit probari consequutio, tamen impossibilitas contradictoriam repugnantiã non admittit, vt est eo in casu, si amor verbo actionem, ita etiam re ipsa motum spirituale denota, pulchritudinem, vel veram, vel adumbratum sequens, & quamuis pulchritudo amata appetitum moueat, hoc solummodo in principio accidit eius complacentię, de qua hic non est sermo, sed motum ipsius desiderij, qui verus amor appellatur qui ab electione amantis dependet. Quare concludendum est, certissimoque habendum, amato amantem præstabiliorem. esse nam exempli gratia, si aliquem nobilem mulierem amo, eodemque amore ipsa. ametur, ita vt ego amans ipsa, vero sit amata, quid tunc præstantius. erit vt amans, vt amatum? profecto nobilius erit amans, nam si laudabiles partes, quæ in nobis sunt, considerare velimus, dicendum erit cum Picolomino quod sicut amatum pulchritudinem denotat, id est virtutem in re amata, ita amare virtuté in amante demonstrat, quoniam amare virtutem, vt virtutem manifestum erit signum virtutis amantium, Hannibal vero Romeus, distinguit amorem duobus modis intelligi, posse vno modo, cum quis cupit amato copulari, vt ab eo perfectionem aliquam acquirat, Iter o vero desiderium aliquid perfectionis, amato tribuendo, primo modo sicut diuitiæ anopia sũt præstãtiores, sic amatũ amãte secũdo vero modo, è contra, cum in amante abundan-

dantia supponatur; inopia, vero in amato supponatur Ex qua distinctione sequi videtur, amores ab abundantia, vel defectu exoriri sicut affirmat Plato in hysidæ fingens Porum diuitiarum patrem, & peniam amoris matrē cum amor ex inopia amantis, aut ex amatæ abundantia, f aut e contra profiscatur.

Vtrum eodem tempore quis duo amare possit.

Cap. IX.

HAnnibal Romeus negatiuā partē affirmāt mihi vero affirmatiua placet. Supponēdū est duas res inæquali pulchritudinis, neminem ęqualis vero omnes amare posse, Quod quidē experientia constare potest iis in rebus, quę eiusdem pulchritudinis videntur. nam exempli gratia si quis præmanibus duas res habeat non inęqualiter pulchras, alicuique dicat, quorum mauis accipe, profecto ille eum per multum tempus animo pendebit ambas vellet, sed vni determinatus animo hæsitabit. ex quo satis constat, quod si vna sola amaretur, ea etiam sola susciperetur Manifestum ergo est signum, hominem eodem tempore duas res amare posse, quod etiam in iis, qui effrenatius amant; clarius conspicitur", qui si re possent, sicut desiderio valent, multis mulieribus eodē tem-

tempore potirentur. Amor est desiderium pulchri, quod cum late vagetur, plurimis eodem tempore potest esse intentus, & sicut intellectus multa eodem tempore intelligere, ità voluntas multa velle potest, & desiderare; si ergo desiderare potest, ergo & amare, cum desiderium sine amore non reperiatur, & sicut duobus modis intellectus potest intelligere, vno modo vid: cum multa simul eodem fere instanti intelligit, alio vero modo, cum hoc verbum simul consequutionem immediatam significet, id est consequutione quadam plura sed immediate intelligat eo modo, quomouês & motum simul sunt, id est sine media coniunctione, sic etiam quando homines desiderant, aut eodem instanti, aut consequenter, & immediate optare, Quis ergo non cognoscit hominem eodem tempore duas res, & plures amare posse? & non solum generaliter, sed etiam specialiter potiri cuperet, id quidem fatendum est istius amoris effectum vnica tantum re, determinatum esse, At obiicies, dum animus inter duo pendet, tunc non amantem sed indifferentem esse, ergo respondetur, pendentiam illam non indifferentiam esse, cum in differentia plurima non duo respiciat, sed in est neutralitas, quæ amorem non aufert.

Obiicies etiam, amorem desiderium esse, neque inter duo obiecta in esse posse, nisi prius ad vnum determinetur. Respôdetur hoc verificari in effèctu, & exequtione rei, non

autem

autem in ipſo amore. poſſum enim ego amare, & meum amorem non determinare, vt faciũt illi, qui honeſte mulieres adamant, Quod etiam intelligi poteſt obiectio de duabus rebus inæqualibus, non æqualis pulchritudinis, vt prius ſupponebamus. Quæ omnia Ouidius confirmat in eleg. 10. lib. 2.

Per te ego decipior, per te deprenſus in armis,
Ecce duas vno tempore ſolus amo.

Quod etiam Mutius Manfredus in Se mirami affirmat.

Qui vehementiores primi, vel vltimi amores Cap. X.

PRimi amores vehementiores ſunt, ratio eſt, quia ſunt magis intenſi, quam ſecũdi, vel extremi, exempli gratia, ſi olim homo flagrantiſsime mulierem amauerit, eique alterius amor accidat, nunquam primam perfectionem, & deſiderium tetigerit. videmus enim experientia, homines primam vxorem quam ſecundas nuptias amare, & patres vnicum filium diligentius diligere, & primogenitum, quam cæteros; Amor enim prior totam rem amatam occupabat, in alijs vero amatis, cum diffundatur, neceſſe eſt eum frigidiorem fieri. confirmatur ab accidentibus, quæ priorem amorem ſequuntur, imprimis in capite amans vim amoris perfectionemque amatæ,

tæ, & primę impressionis ratione, quæ est in delebilis, amor flagrantissimus redditur; homines, vero qui iterum amant, cum prius multas difficultates, ac pericula in amore experti essent, penæ, tormenta, amatoria flagella eos tardiores efficiunt, probatur etiam, quià cum amor in suo esse formaliter, ac essentialiter per desiderium constituatur, augmentum desiderij, quod primus amor abundantissimus facit, sit vehementius, secundos amores imbecilliores esse fatendum est, probatur adhuc, quia cum amor à voluntate proficiscatur, & voluntas in primis actibus sit efficacior, ergo, & amor, Hæc quæ diximus intelligenda sunt de ijs, qui vehementissime, non autem de ijs, qui leuiter amauerunt: extremi enim amores erũt flagrantiores, si hoc modo intelligantur

Vtrum Voluptas ab Appetitu, an à tactu proficiscatur.
Cap. XI.

PRO vtraque parte sunt argumenta, pro appetitu hæc sunt, experientia: nam si quis verbi gratia, alicui puellæ manum tangat, accedente appetitu, voluptate afficietur, recedente vero appetitu, nulla voluptas; quamuis idẽ intersit tactus, ergo voluptas ab appetitu nascitur. Voluptas, & dolor animæ sunt affectus

&

& ideo ad appetitum pertinent, non ad sensum, ergo appetitus est causa voluptatis, non sensus, amor est quidam appetitus, ergo, & voluptas eius effectus, accidens, vel finis; è côtra Arist. definit cupiditatem rei iucundæ, ergo concludi videtur ad sensum non ad appetitum pertinere, amor exequi non potest sine tactu, ergo sensus est causa voluptatis. finis amoris est voluptas, voluptas vero terminatur in tactu, ergo tactus est causa illius. Ego dicerem voluptatem immediate, & secundario à sensu proficisci primario, & mediate ab appetitu, cum ambo ad perfectam voluptatem requirantur; appetitus enim tactum requirit, cum in solo appetitu homines non acquiescãt tactus vero sine appetitu nihil producant. duplex vero est voluptas corporis, & animæ, Arist. tres species constituit, primã in contéplatione, secundam vero in actione, tertiam in sensibus. Aliquæ voluptates sunt necessariæ & naturales, vt potus, cibus, & huiusmodi, aliquæ vero naturales, & non necessariæ, vt ciborum pretiosorum, ac exquisitorum appetitus voluptatem crudelissimam, ingratissimam, & abominandam appellat Aristoteles, coniunctionem eiusdem sexus, cædem propriorum filiorum, & aliorum huiusmodi scelerum. nonnullæ voluntates puræ sunt, vt rerum diuinarũ, nonnullæ falsæ, nonnullæ veræ, vt animi, sicut ille sensuum. Plato veram voluptatem nuncupat visus auditus, & odoratus, casque in ma-

gnas, paruas, intensas, remissas, non bonas diuidit. voluptas ab animalibus omnibus desideratur, quę non solum natura procliues facit Verum etiam impellit, & vnusquisque naturaliter voluptatem appetit; quod ergo ab omnibus vniuersaliter exoptatur, summum bonum videtur esse; idque Eudoxus Architæ Tarentini discipuli probabat hoc modo, dolor per se ab omnibus expellitur, ergo voluptas per se appetitur, cum de contrarijs sit eadem disciplina. Si quis enim interrogetur, cur voluptate afficiatur, respondebit per Idem, eadem ratio in alijs rebus naturalibus videtur non esse, vt inquit Marius Equicola, diuitias enim volumus propter commoda, commoda vero propter voluptates, medicinam propter sanitatē, sanitatem propter voluptatem, voluptatem per se ipsam. omnes honestas voluptates cō cupiunt, non consuetudine negatas, non lege interdictas, non metu impeditas, neque infamia vetitas, neque aliqua religione prohibitas ijs honeste frui possunt, Inuenies, qui nullo negocio voluptates parum honestas damnant, non qui facillime expellant. inuenies eius exprobratores, non qui eam fastidiunt, si aliqui eam turpitudine affecerunt, ratio fuit, quia existimabant vitæ humanæ vtilissimum fore, male de ea sentire: omnes enim illi procliues vehementius eflagitassent, Aristoteles eos condemnat qui voluptatibus publice detrahunt, quandoquidem ab ea se non abstinentes, cau

ſa ſunt præcipitii imperitæ multitudinis credit ipſe omnes in huiuſmodi rebus, effectibus non verbis fidem adhibere.

An Amor poſsit eſſe ſine deſiderio Cap. XII.

REſpondetur negatiue, cum enim deſiderium diminuitur, item, & amor, quando, aufertur, item, & amor diſcedit; probatur quia amor eſt deſiderium, & deſiderium tanquam genus amorem cõſtituit, ergo remoto genere remouentur & ſpecies; natura amoris hæc eſt, quod ſemper reſpicit, quod non habet, & quando habet, ſemper deſiderat illud retinere, qui enim eſt diues, & ſanus cupit eſſe, in eodemque ſtatu permanere deſiderat, deſiderat ergo, quod habet in præſentia, & futurũ cogitat, cum ergo amor deſiderium ſit eius boni, quod ſemper nobiſcum eſſe, & permanere vellemus, dum deſiderium abit, amor etiam illud ſequitur, concludendum ergo eſt, amorẽ ſemper cum deſiderio eſſe, deſiderare vero eſt quidam motus, qui duplex eſt, circularis, & rectus, Circularis eſt, quando virtute illius amans cogitatione circa amatum circumagitur, rectus vero, quando lætitiæ ſuccedit triſtitia, certis dubia, fælicitati infælicitas, quod quidem ſæpiſsime accidit; motus enim rectus continuus eſſe non poteſt, & reflexibilis neceſ

ſitate quadam moratur..deſiderium aliud ami citiæ, aliud amoris, aliud dilectionis, aliud charitatis, quæ quatuor inter ſe ſunt diſtincta amicitia eſt tanquam habitus, amor ſignificat actum, vel paſsionem, ita etiam dilectio, & Charitas, ſed diuerſitate, dilectio enim amori addit quandam liberam electionem præcedentem, vt ipſum nomen dilectionis videtur ſignificare, dilectionem, quaſi electionem, quare non inconcupiſcibili, ſed in abſoluta voluntate reperitur, charitas autem addit amori, quandam perfectionem, hoc modo, nempe, quia amans credit amatum maximæ exiſtimationis, & pretij Videtur eſſe alia differentia inter dilectionem, Charitatem, & amorem, nam nomen dilectionis, & charitatis pulchritudinem non videtur ſignificare, vt amoris nomen, quo ſtatim intellectus pulchritudinem concipit.

Ratio pernoſcendi ingenia. Cap. XIII.

VEteres Philoſophi priuſquam in ſcholas, & ad diſciplinas altiores admitterent Adoleſcentes, ſecus eorum pendebant ingenia. Pythagoras tum Arithemica, quæ ingenij monſtrat acumen, tum quinquennij ſilentio indicto. Plato ſi mathematica prius didiciſſent: Socrates vero eos loquentes audiens

qui

quare & dicebat; loquere, vt te videam; Diogenes Cynicus querebatur terrena vasa non emi, quæ antea tinnitu non explorarentur; solo autem aspectu contentos esse, qui emerent hominem; obseruabant alij alia, Prothagoras Abderites puer ligna in fascem compendiose posita, & ratione quadam Geometrica librata humeris expeditissime gestabat, quæstus causa: Democritus Philosophus compositionis gratiam admiratus, fascem soluere, & denuo componere iussit. quod cum Prothagoras sine cunctatione fecisset. Adolescens [inquit] cum ingenio valeas, me sequere, vt maiora, melioraque addiscas. Aristoteles prologuijs, seu proœmijs scabrosa, & ardua proponens, stupidos, & negligentes arcebat, inuitabat viuidos, & perspicaces. Dion hamo non attrahi, Atheniensibus is erat mos inquit [Gregorius Nazianzenus] vt adolescentum patiētiam primo pertentarent, cuius fortasse nullū vestigium, nō reliquum est; in quibusdam Europę Academijs, quod vocant pupillatu eximere studiosos. Quæ cum antiquitus virtutis aliqua esset probatio, deflexit alicubi ad licentiam, peccandique, ac ebrietatis ansam; quare & ad pristinum statum, qualē Christianos decet, esset ea probatio reuocanda. vt inquit Antonius Posseuinus. In qua si quid pecuniæ [quod cęteri studiosi solent] extorqueatur à Tyronibus, quibus id commode liceat, id in pauperes scholasticos alendos, honesta
in

in domo, vel septentrionalium excitato semi nario tribuendum esset. Sic enim diuinæ sapientiæ liberalitatem in persequendis studijs demererentur. Alij igitur a parentum educatione, à præsagijs aliquibus, à propensionibus, quænam futuræ essent indoles, iudicarunt Origenes (ait Eusebius) cum adhuc esset puer de abditis scripturæ sensibus Leonidam parentem, de causis autem, atque instrumentorum vsu opifices fatigabat. Asclepiodotus Alexandrinus a puero miracula naturę obseruabat, eademque accuratissime inquirebat de opificibus, quæ Origenes. Sanctus Nicolaus Myræ Episcopus in Lycia adolescentulus ad lectiones sacras adibat, cum cęteri lusibus vacabant. Carolus Borromæus Cardinalis, cuius memoria recentissima est, altaria domi puer excitabat, ac coram iis sæpe procumbebat. Galenus Pergamenus tantum non excedens ex ephæbis methodo operam dabat. Andreas Versalius nostro sæculo, vix euaserat ex infantia, cum mures dissecaret. Hi igitur, & alii in diciis, aliisquantus quisque in variis studiis futurus esset, monstrarunt. Sane nullo vnquã tempore defuit Deus, quin edere sineret argumenta ingenii eum, quo ad publicum bonum vti vellet, nisi is alio peccatis rueret. Quare & interrogandi essent parentes, vel susceptores, ecquibus rebus filii eorum libentius hærebant pueri, cum pro captu, si propensio ad bonum esset, vnusquisque duceretur. Quin etiam haud

faci-

facile indicium ferendum est, vbi inuicem simi lia videntur ingenia. Mirum enim est, quot quę que circumscribunt hominem, quasi proprietates indiuiduæ, si sunt haud medicinam, horum Theoriæ alter, praxi alter, si qui erga Theologiam, hic positiuæ scholæsticę, ille eua sit aptior. Quemadmodum igitur, quæ intrin secus speciem habent simillimam, qualem habent inter se candidum Sal, Saccarum, farina, calx contusa, optime omnia facile sensum oculorum falluut, nisi gustatus adhibeatur; sic plerumque in quibus videantur eadem esse in genia, interiore disquisitione indigent, vt probe noscantur,

Gustatus porro harum rerum interior, quã do nobis, qui in Christi luce versamur, palatum sanatum est, rectius ad hoc negocium ad hibebitur, quam fiebat à Gentilibus. Cum enim dicat Apostolus à spirituali diiudicari omnia, etiam, quæ profunda sunt Dei, è Christiana, & spirituali schola petenda est vniuersa hæc ars pernoscendi ingenia commodissime.

Id vero etiam cogitandum est, eum, qui nobis indidit mentem, corporique absque ulla ipsius cooperatione constructo, & variis quali tatibus prædito infudit, posse item ad maiores gradus euehere nos, atque efficere, vt quæ ex ipsis qualitatibus existunt in nobis difficultates, superentur, aut ad certam temperationē redigantur. Si quidem nouę frequenter illumi-

na-

nationes emanant ex illa diuini splendori abysso in Angelicas mentes, & quanto puriore, & eminentiore natura pollent, tanto excellentius conuertuntur ad Deum, sanctis autem ijs donis perpetua cum datoris laude vtuntur: quamobrem pleni harum illuminationum, eas aliis subministrant: quorum desideria ad altàre diuínum erga salutem nostrã seduli efferunt. Iam ipsum intellectus donum quod è septem Spiritus sancti est vnum, mentes uostras attolit ad ea noscenda, quæ solo naturali lumine, nunquam assequi, nec intime potuissemus indagare. Videlicet hoc dono in fide constabilimur, atque ad diuinam gloriam procurandam impellimur: permouemur item ad salutem proximí, atque ad cõtemplandam in creaturis altitudinem, Sapiẽtiam, & bonitatem Dei, non humanis quidẽ argumentis, quæ ab effectibus producunt nos in notitiam causarum, sed interiore qnodam lumine superinfuso, ac denique per eum fit, vt ab eo magistro imprimis pendeamus, a quo magisterium omne, ac disciplina, scriptaque & in quibus veritas aliqua fit, profecti sunt. ipsi in æternum gloria. Amen. Et a Dauide quidem enixe hoc intellectus donum ad diuinam intelligendam legem expetebatur, quod multo magis faciendum est nobis in percipiendis ijs scriptoribus, qui cum de sciẽtijs humanis egerint, populos à diuina lege, atque à veritatis semita auerterunt. Hinc itaque

que

que factum est, vt non solum prophetis, Apostolis, & quibus extraordinarie sublimium scientiarum munus collatum est à Deo, verum etiam alijs ad humanas ipsas disciplinas, diuina se manus exeruerit ijs, qui dimisse, ac cupide vota sua Deo obtulere. Alberto Magno, qui capere Philosophica nō poterat, quoniam certis quotidianis precationibus à Beatissima Virgine hoc flagitabat, certis item condicionibus concessum est. Ac neminem pene latet, oratione plusquam studiis, eo scientiarum Thomam Aquinatem euectum fuisse, quo nescit Posseuinus, an aliquis vllus peruenerit, plurimi vero, qui ad diuini pectoris ostiū, cū fide pulsarūt, verū esse expertisūt quod Iacobus scripsit Apostolus, Deū esse, qui petētibus Sapiētiā largiēs nemini improperat.

Ceterum pro certo habeat quisque probus adolescens, si certum tenuerit ordinem, munditiem autem animi, & corporis ad scientias adhibuerit, pleraque se, tum naturalia, tum extrema commoda superaturum, quandoquidem & ferrum, quod vel Rubigine fuit exesum, vel aliunde retusum, industria potest expoliri, atque exacui. ordo, autem dicitur quod fere vniuscuiusque ingenio, summo in gradu vna tantum disciplina respondet, [nimirum cum in eam serio incumbitur] sic varijs sese eodem tempore dedere disciplinis, ingenia distrahit, mentisque aciem obtundit, vt [dum hæc in plu-

res inspicit nullam integre Contempletur, atque concipiat, nisi huiusmodi esset ingenij, quales multi fuerunt, & sunt. Accedit, si quid vnum recte addiscimus; id quasi gradus ad alia superstruitur, è quibus tandem tuto peruenitur ad apicem. Sed hæc planius in Philosophis. Ordo item intelligitur, qua omnes animi vires ad id. cui vacandum est, apposite adhibeantur, ita vt, nedum altera tantum vtamur, reliquæ iaceant, atque se desertas relinqui ægre ferant, cum si quis omnes vires ordinate ad dicendum intenderit, vniuersus ipse homo euasurus sit doctus, faciliusque reliquis adhibitis, quas vocant animę potentiis res ipsas sit percepturus: quemadmodum pluribus manibus, quam vna, leuius onera, licet grauia gestantur. Quod vt magis liqueat, sciant, qui solum speculatione pascunt intellectum, aut sine hac memoriæ tantum mandant, quæ audiunt, aut legunt, aut intellectu, aut memoria posthabitis, vnam ipsam voluntatem specie pietatis quadam afferunt ad disciplinas, hos absoluto studiorū curriculo, non admodū vtiles futuros. Nā vel docere alios nesciēt, aut cū auocabūtur a libris, in cælo ne [vt aiūt] an in terris cōsistāt ignorabūt. vel occasione studiorū, ac speculationis, vix fructū aliquē ferent, ob quē scientię ipsæ comparantur.

DE CVRIOSA DOCTINA.

LIBER QVINTVS.

Quæ occulta possit Dæmon reuelare.

Cap. I.



VAEDAM non omnia possunt, quia non omnia norunt; vt dicit Martinus Delrius, quę communis ęst orthodoxorũ sententia, post tertulliane, & Origenem, nempe D. Augustin, Eusebij, Anselmi, Damasceni, & D. Thomæ; Adscribit, solius verba Marci Historici qui postquam narrauit mendaces responsiones idoli Veneris, subdit ista. Tales enim sũt Dæmones, vt qui decipiant, & nihil veridicant, neque enim possunt aliquid certo præscire: sed ex verisimilibus præ se ferunt, se præscire apud eos, qui eis seruiunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? quod si in aliquibus contingit eos diuinare, hoc fit ex eo, quod euenit; quo modo etiã accidit in hominibus, vt sæpe quædam prædicant futura de re, quę euentura. ; Quæ valde obscura dicta, sic intelligenda, vt vera sint:m a

le dæmones mentiri, sed posse si velint, verum aliquando dicere, atque adeo dicere solere, vt tamen hac ipsa veritate decipiant, nonnulla quoque, quę creatam scientiam non superant, scientifice posse prædicere, iuxta illa, quæ mox dicenda.

Primo nequit dæmon certo prædicere ea, quę sunt omnino libere futura, vt sunt primo quæ dependent absolute a voluntate Dei, cuiusmodi sunt supernaturalia mysteria, nec non gubernationes, & mutationes regnorum, ac rerumpub. quia corda principum sunt in manu Dei, qui solus illa commutat. vt lubet, 2. ea quæ ex arbitrii humani libertate, vt quid cras sim facturus, vel cogitaturus, 3. quæ sunt omnino, & proprie futura contingentia, quã diu illa non habent causam certam, & determinatam.

Secundo ex istis, quæ certo non nouit, potest dæmon multa probabiliter tantum, & cõiecturam faciens prędicere. Summam enim diuturna obseruatione sibi experientiam comparauit, & pollet Angelico ingenii acumine, & optime nouit rerum naturalium facultates, & ad quid valeant hominum voluntatem mediante appetitu sensitiuo inclinare, nouit omnium hominum temperamenta affectusque, nouit, quid ex his, & illis sequi, soleat. Vnde contingit, vt sæpe ad amussim prædicat, quid quando homines sint facturi, vel etiam quod

Deus

Deus hunc, vel illum populum ſit puniturus quod talis exercitus, gladio, fame, peſtilitate affligetur, quod talis a tali ſit occidendus, quod Princeps de ſolio exturbandus, nam & hoc ex diligentia, & fide coniuratorum, ſocordia, & incuria cauendi, vel pellendi poteſt colligere. Sic apud Nicetam fanaticus ille Baſilacius Iſaacio excæcationem, & de ſolio deiectionē; quæ mox cōſequta prædixit. Degebat iſte vates prope Phadeſtu, habebatur à vulgo propheta; Ceterū ait Nicetas, nihil, veri, aut perſpicui de rebus futuris loquebatur, ſed verba cōfuſa inter ſe diſsidentia & perplexa fūdebat; & quamuis ſæpe ridicula quædā admiſceret, tamen turbam paſtorum, agricolarum, & remigum attrahebat; Nam mulierum ad ſe venientium, mammis contrectatis, & talis exploratis obſcura promebat oracula, & ad pleraſque quæſtiones non reſpondebat, & ſuas diuinationes diſcurſationibus, & inſanis geſtibus peragebat. Adſtabant ei quoque cognatæ aniculæ, væcordes, & inſanæ, quæ conſultoribus explicabant, quid illi Baſilacij geſtus rerum futurarum deſignarent, & taciturnitatem, vt ſapientem orationem interpretabantur. Is igitur homo, vates vulgo habebatur, & futura prædicere putabatur à mulierculis præſertim, quibus turpes quæſtiones, & deformes veſtium implexiones pro ludo, & ioco cordi erant. Cordatis vero hominibus ineptus hiſtrio, & vetus ſilicernium videbatur. Erant etiam qui

cum

cum Pythonico ſpiritu eſſe præditum, haud obſcure, iudicarent, quorum iudicijs maxime aſſentitur Delrius rectiſsime, nam & obſcena illa diſquiſitio, & diſcurſationes, verbaquæ perplexa cuncta Satanicum fatanicum fuiſſe conciuincunt, vt ea, ea ſequuntur Imperatorem enim ad ſe venientem, neque vt tanta potentia præditum excepit; neque ſalutationi eius, quæ erat; Salue pater Baſilaci; reſpondet, neque tacito nutu capitis gratias egit Sed huc, atque illuc inſtar pulli equini, aut hominis furioſi ſaltans accedentibus maledixit, nec ipſi quidem Imperatori parcens, vix tandem inquietis illis agitationibus omiſsis ſcipione, quem manibus geſtabat imaginis Imperatoris, quæ in eius oratoriæ cellæ pariete depicta erat, oculis erasis, etiam pileū de capite illius auferre ſtudebat. Quæ cum feciſſet Imperator eo, vt deliro deſpecto diſceſſit. Vaticinium mox euentus comprobauit, quem poterat quivis ſagaci prudentia prævidere, cum & Alexius diligentiſsime in fratris perniciem tenderet, & Iſaacius in opportuna ſeruitate omnes delatores arceret, atque repelleret, adeo vt velle perire videretur

Tertio poteſt Diabolus certo prædicere, quæcunque dependent à cauſis neceſſariis, quę quidem ab aljis naturalibus cauſis nequeun impediri, vt ſunt motus cælorum, eclypſes conjunctiones aſtrorum, & eiuſmodi: quæ vero non neceſſario, ſed vt plurimum dumtaxat

xat eueniunt, eo quod possint ab alijs causis naturalibus impediri, vt imbres, pluuias, nimbos, tempestatesque sonantes, & alia de hoc genere illa per coniecturas cognoscit, & probabiliter prædicit tantum. Certo quoque potest prædicere ea, quæ nouit se permittente Deo, facturum. Sicut u.g. Si Deo permittente ipse pestilitatis alicuius auctor, & illator fuit, vi mali cessatura certo die nouit pestem cessaturam; idque certius adhuc, si expacto, ad certi signi alicubi reconditi vel condicti sublationem morbus desinet, poterit certo finem mali prędicere. Sic Turca ille Famagustanus, qui congregata in foro concione populi, prædixit se intra horæ spatium moriturum, & confestim se mortuo luem desituram quod & factum, huic dæmon id manifestarat, refert historiam Villamontius lib. 2. Peregrin, 7. Item quæ intellexit per reuelationem; Siue illa contineatur in Sacris litteris, quæ aliter Dæmoni fuit à Deo manifestata. Hoc pacto tam multa olim maligni Spiritus prædixerunt, de fidei arcanis, de Christi ortu, & miraculis, de idolatriæ euersione, & similibus, vt cum Hermetem ijdem spiritus docuerunt Aegyptiorum superstitionem abolendam: cum Apollo se cedere Hebræo puero pronunciauit, & alia, quæ accurate congesta a steuco Eugubino. Hæc quo ad futura.

Quarto nihil dubitandum præterita dæmonem omnia memoria tenere, quæ vel aliena

relatione accepit, vel ipso coram gesta. fuerex tunc enim actus cognitionis cognoscentis rē, vt præsentem sui speciem in mente Dæmonis impressum reliquit.

Quinto de præsentibus res obscura non est, nam quæcunque actu exteriore prodita sunt, vt secreta furta, res perditæ, Thesauri olim defossi, metalla subterranea, quæ hominum cognitionem fugiunt, dæmonibus nota sunt; de solis cogitationibus in animo manentibus cōtrouertitur, an eas Dæmon cognoscat. Experientia sępe probauit illum non esse mendacē indicem, sed per energumenos veris infamiæ iaculis conficere solet, quid Scot. Duran. Occam censuerint: sed placet Delrio communior sētētiam Alberti Magni, Alexan. de Hales. D. Thomæ D. Bonauent. Richardi, & Ariminens. virtute sua naturali nullas eum affectiones liberas, vel cogitationes spontaneas hominis, sine alicuius manifestatione posse cognoscere quia hoc Deo proprium; Quo argumento Santi Patres Ambros. & alij probant, Christi & Spiritus sancti diuinitatem, ex cogitationum secretarum cognitione sed & Gentiles hoc fassi cogitationes hasce, soli diuinæ naturæ perspectas, cæteros latere; verum si cogitationes vultus, vel membri alicuius, motu aut mutatione, vel alio extrinseco signo probantur: peritus & solertius, quam exercitatissimi medici, ex huiusmodi demones indicijs internas animi affectiones deprehendunt, vt

do-

docent Augustin. & Casianus potest etiam veterator adeo vehementer phantasmatibus immissis hominem turbare, vt vix ad aliud ad uertere, vel aliud queat tum cogitare, quam quod ab eo suggestum fuit: ita fit vt videatur diuinare, quæ homo cogitat. hoc accidit in Albigeriana visione de qua ex Augustiuo Cardanus ita scotus Parmensis anno 1579. Traiecti ad mosam hanc cogitationum scientiam aucupabatur, dicebat, enim cogita quod voles, & cogitationem diuinabo. scilicet Dæmon importunissimam statim de re aliqua Mago nota immittebat cogitationem, & anno 1600. idem factitabat Græculus ille, apud Brabantos impostor, & hac fraude pluebat Appollonins Tyanæus apud Philostratum lib. 1:

Notandæ circa hęc fraudes aliquæ Diaboli: Nam cum est ignarus rei futuræ, tum si coram prudentioribus, & doctioribus agat, exili sono ambiguè vel perplexe, & obscure adeo respondet, vt vix intelligatur. Exempla vetera suppeditant varij, recentius vnum Grillandus, idemque fieri ab eo solere testatur Psellus lib. de Nat. dæm. si res ipsi sit cum ignaris, & simplicibus fucum non facile deprehensuris, audacter, & palam mentitur. Causa tam ambigue respondendi est, vt quomodocunque res accidat, laudem consequetur, si pro consultoris voto; sin contra queat prætexere ignorantiam, atque stuporem interrogantis, qui

mentem responsi non intellexerit, ecce Cræso respondet

Perdet te Cresus, Halyn transgressus maxima regna.

Si vicisset, Cyrum hoc volebam, dixisset, copia omnes hostiles depopulaturum, vincitur Cræsus, hoc ait volebam, te amissurum regna amplissima, cur mentem meam non assecutus? Simile responsum tulit Ferrantis flandriæ Comitis mater, cum pro diademate carcerē filius sibi infælici prælio despondit. lege Gaguinum lib. 7. Histor. franc. & Bernard. Girard. lib. 10. annal.

Septimo sciendum, qua pollent celeritate, quæ in remotis longo iterum interuallo regionibus geruntur, ea tam celeriter denunciare posse, vt diu ante prædicta ab ignaris putentur. Sic Apollonius, cum Ephesi esset, exclamauit vt præsens spectaculo, Romæ interfici Domitianum. aliud, exemplum de quodam iuuene refeet Gellius aliud de Chariberto Aimonius aliud sui temporis Grillandus plura æui huius Nicol. Remigius.

De his qui volet plura legat Grilland. q. 6. a 9. 3. Michael. Medinam lib. 2. de recta in Deum fide c. 1. Bins feldium in rub. (de malefic. & mathemat. notab. 10.

De

De Remedis naturalibus contra malefi- cia § 1. Cap. II.

MVlta de his more suo Grillandus q. 2 nũ m.3. in cuius sententia, quid vitandum docebant sequentia. Theologi quidam vim omnem adimunt naturalibus medicamentis medici plerique magnam nimis tribnunt; & quædam memorant vt naturalia quæ quibusdam queant esse suspecta. Non assentitur iis Martinus Delrius qui omnem omnino efficiẽtiam rebus corporatis in dæmones tollunt, nec ijs etiam, qui directam vllam vim naturalem in dæmones concedunt, vt videntur concedere Gregorius, & alij: Sed ijs assentitur qui secundariam, & indirectam tantum tribuunt, quæ sententia peritiorum medicorũ & Theologorum fuit vt Paris. li. de vniuers. Dionys Cartusiani in Iob. c.8. Francisc. Victor. relect. de magia q.6 Lulli lib.2. de quinta essent. Leuini Lemnij lib. 2. de occult. nat. mirac. Francisc. Vales. ca: 28. Sacr. Philosoph. Bapt. Codrou chi Cæsalpini, & aliorum mox citandorum, nulla enim naturalis corporeæ rei, vis est, quæ dæmoni posit præualere, aut directe, in illum aliquid agere: cui nulla super terram potestas est, quæ comparetur; qui factus est, vt nullũ timeat; teste Sacra Scriptura. Sed concurrẽte naturali agente causa, super naturali Deo

vel Angelo agere res corporea potest in dæmonem, eumque pellere, & iam cruciare, verum tum agens primarium, & directum est, supernaturalis illa causa. secundarium vero, & indirectum est, corporeæ rei vis naturalis illi a Deo initio creationis insita. Hoc ergo in sequentibus remediis semper ante oculos habendum, nec eorum ui s vlterius extendenda. Adscribat autem illa, vt illi colligenti occurrerunt lapididus & herbis vim aliquam tribuit. canon· dæmonium 26. q. 7. & sane de multis mox subiungat. Radices varias commendat Ioseph. & in his baaras, sed modus euellendi, & alia quædam, quæ addit suspectã rem reddunt lege lib. 8. antiqu. c. 2. & lib 7. belli Iudai c. 23. a Thapisia dæmones fugari scribit Apostata fidei amatus lusitanus in Dioscor. lib 4. Plinius dæmonum ludibriis arcendis pæoniam commendat, sed nigram lib. 25. c. 4. veneficia depellir hamni ramo, & ad valuas, & fenestras posito, vt fama celebri, scribit Dioscorides lib. 1, c. 110. confirmat Bionis exemplum, sed lauri additis folijs apud Mustrinum, in eius vita herbascum valde cõmendat botanographus Apuleius, lib. de virtutib: herbar. c. 71. Ouidius lib. 6. fastor.

Spinam, que tristes, pellere posset,
A foribus noxas [hæc erat alba] dedit.

Molij, seu rutam agrestem multi ad hoc commendant, Homerus in odyss, x; & ibi Didymus

scho-

ſcholiaſt. in Plutum Ariſtophanis, Plinius lib: 25; c. 4. Scyllam in limine ianuæ suſpenſam Dioſcor: laudat lib. 2. c: 168. pellem capitis lupini, affixam villæ valuis, vel lupo roſtrum, Plinius lib. 20. c: 9. Alyſſum in domo appenſū, idem lib. 13. c. 4. alij [apud Codronchum] plurimas alias herbas rutam Ariſtotel. Problem: 24. Dioſcor. & Plin. Hypericon, quod ideo vocant fugam dæmonum, verbena, quā ideo herbam ſanctam veteres dixere, Dioſcor: lib. 4. c. 56. Herba paridis, ſemen non minus XX. diebus in pondere drachmæ quotidie illitum, Pandectarius Anthirrhini, ſeu lychnis fagriæ ad collum appenſio. Matthiolus lib. 4. c. 129. Artemiſia, auctor lib. ſimplicium 25 c. 10. Abrotanum Plinius lib. 21. c. 2. Mytridatium, Scordites, Centaurium, ſabina palmæ Chriſti, Aſteratticum, quę & Bubonion, Ariſtolochia, Tuſsilaho, Dioſcoridi, & recentioribus, & iiſdem ſaluia, anethum Marubiū fæniculum, chamæpitis, quæ, & lua cyclamicum, allium, ruta, cepraria & cupreſſus. Quin etiam in humano ſanguine vis aliqua naturalis indirecta ineſſe poteſt. vt menſtruata muliere agros circumeunte noxia vermina necari, cenſuere Dardani ſecratores apuq Columellæ & lud: Banairolus ſcribit Ennead. muliebri c. 2. ſi menſtruo cruore domus alicuius peſtes in iungantur, dæmoniacis Mægorum artibus, & inſidijs aditum omnem pręcludi: & apud Mich. Iſſelt. anno 1586: legitur in liuonia fuiſſe

locum, vbi nimbis, tonitruis, ac tempestatibus dæmonia truculeter grassabantur, nisi in lacum quendam innoctuus infantulorũ cruor à rusticis infunderetur. Posterius hoc aperte satanicum, priori aliquid Physicum inesse potest, sed indirecte agens, sed non iniucundum erit si adscribam, ex Balduini Ronsæi venatione nonnulla, quæ vel carminis elegantia, vel raritate materiæ que ant curiosum lectorem delectare, & si naturæ genius faueat, ægrum iuuare de lupo cecinit:

Nec rostrum virtute caret, nam munere quodã
Naturæ arcano depellit fascina dira;
Si prius, ex succum fuerit; mos hinc fuit olim
Antiquis villæ portis præfigere.
Quid? quod dira cutis rigida ceruice reuulsa,
Tristia dicat ur depellare fascina posse?
Restat adepo pinguis celebrem Saturnia Iuno
Quem fecit populis, dum vincla iugalia curat,
Et linit obductos vittis hoc vngine postes,
Ante venit sponsus, quam optatæ limina spõsæ
Hinc quodam Iuuenes illi. innuptæque puellæ
Instituere lusus festos, atque annua festa:
Quod lamijs, strigibusque feris, quoque sustulit ansam
Turbandi nouiter nuptos, noxamque ferendi,
Nomen, & a facto sortita est vinxia Iuno.
Quid referã cædes, aut quid data vulnera ferro
Quidue cibis aliis dicam noua toxica mixta,
Dæmõ homo est homini, sic nos vesana libido
Exagitãs, sẽper trahit ad genus omne malorũ

Sic

Sic ſtrix dira oculos, & totos faſcinat artus,
Artus; ac lento conſumit corpora Tabo:
Horrendum facinus nimium, nil tale veretes
Promeritosue homines violenta obtrudere morti,
Et ſpoliare bonis. ſed magni rector Olympi
Antidotos homines docuit. Nã frontis Hyenæ
Noctiuagæ pellem perhibent arcere verenda
Faſcina, ſi geſtet quiſquam, tacituſque reſeruet
Stercora; quæ reijcit violenta, & morte perempta.
Oſſaque creduntur magicas depellere fraudes;
Et confert catuli nigri tinxiſſe cruore
Interiora domus, muroſque obducere rubro
Incruſtamento; vel fel ſuſpendere tignis.
Lichenes tumidos celeris dromadæ, & reſecare
Conuenit, & ſiccos ſeruare cubilibus amplis;
Quod ſtrigibus fraudes adimant, & faſcina pellant:
Atque oculus dexter muſtelæ includitur auro,
Poſt teneris digitis aptatus reddere tutos
Dicitur à diris lamiis ſtrigibuſque ligatos.
Creditur a multis torui ſeruata leonis
Pars caudæ prodeſſe viris, quos faſcina vexant.
Fertur quod ſimili vi polleat pardi

Item Ronſſæus epiſt. 22. conatur oſtendere, cur aſini ſilueſtris, ſeu onagri nec non domeſtici nulla nigredine aſperſi vngula ad effaſcinationem faciat, id quod tribuit ſa laci animalis

nimalis eius naturę, & ad illud maleficium restringendum censet, quo viri velut ligati ad venerem inutiles reddantur. contra hoc maleficium hiænę neruos in Vino cum thure potos prę{s}cribit Plinius d. 2. item rubet esficulã in potu additum lib. 32. c. 5. & lentopodii radicem appensam Dioscorid. lib. 4. c. 126. Q. Sammonicus serenus medicinæ. c. 58:

Præterea si forte præmit strix atra puellos.
Virosa immulgens exesis vbera labris
Allia præcepit tundi sententia vecti,
Qui veteri claras expresſit mores togatas.

Euonymus iu Thesauro Medico cap. de sordidis quibusdam & c. docet confectionem electuarij, ex argenti viui pulueribus conficiendi quod fascino aduersetur. Marbodeus Gallus multa de lapidibus disserens, inter cætera de Adamante.

Et noctis lemures, & somnia vana repellit.

Thetel Iudæus lib. de Sculpturis, eandem vim tribuit Chrysolitho, mulieris figura naturaliter formato, sed & Marbodæus de eodem.

Esse Phylacterium fixus perhibetur in auro,
Contra nocturnos fortis tutela timores,
Pertusus setis, si traiiciatur aselli,
Dæmonas exterret, & eos agitare putatur;
Traiectum læuo decet hunc gestare lacerto.
Qnid corallium?
Vmbras Dæmonicas & Thessala monstra
Quid Gagates? [repellit.
Idem dæmonibus contrarius esse putatur,

Via.

Vincit prestigias, & carmina dira resoluit.

Contra maleficos omnes morbos prodesse tradunt Dioscor. lib. 5. c. 1 Plin. lib. 25. c. 10. & Mesue ad hoc laudat oleum quoddam ex Gagate, quod Sacrum vocant.

Quid Iaspis?

Et sicut perhibēt, phantasmata noxia pellit

Quid onix?

Insomnes lemures, & tristia cuncta repellit.

Sic vulgo legitur, sed sensum membranæ contrarium exhibent.

In somno lemures, & tristia cuncta figurat

Sane maleficam, eius vim ipsemet indicat Marbodæus cap. de sardio, cum scribit præsente sardio onycem nocere non posse. de Aëtite, & smaragdo Codrūchus idem probat Georg. Villichius de Cameleonte.

Cameleontis hepar tostum nicromātia pellit.
Appensum collo
Infantum cunas pellis villosa defendit.
Horrificosque metus pellit, & ista simul.

In Nili flumine lapillum inueniri, qui quā primum energumeni naribus apponitur, dæmonem extrahat, & Thra yllo scribit Stobæus.

Marcellus, Empir. lib. de medicina cap. 20. potionem præscribit contra cuncta in cibo, & potu sumpta maleficia, quæ ab illo peti potest; contra equorum fascinationes, quasdam suffumigationes præscribit Renat. Vegetius

lib.

lib. 3. Veterinariæ cap. 74. Sane suffitibus dæmones expelli de corporibus censuere Iudæi, & gentiles Iustino mart. cont. Triph. & Targũ Chal. Cantic; 4. v. 6. de Hyperici suffitu id testantur. Iullus lib. 2. de quinta essent, & Mathiolus in Diosc. & factitant nostri exerciste toæ ste Mengo flagel. dæmon. ex 3.4. & 6. Theologis placuit, estque verissimum corporeas res in naturam intellectualem, & immortalem qualis est dęmonum nihil posse, quare censet, cum Angelo, lapides, herbas, particulas animantium, & alias medicinas directe, & proxime nihil in dæmones operari, indirecte tamẽ, & mediate iuuare contra eius conatus maleficos eo quod impediunt, vel auferunt dispositiones illas, quibus dæmõ vsus fuit; ob naturaléobtũ corporis ilus, quẽ vexat, vel saltẽ inuitatus, vel aditus ratione influxus astrorũ, vt de lunatico Euãgelico Origenes, & Hieronymus cẽsuere vel ratione cõplexionis attrabilaria, & similiũ causarũ cõsideratio, ista dispositionũ, vel amicarũ, vel odiosarum dæmoni, (odiosæ fuere in his duabus iosephi, & Tobiæ narrationibus] magis consentanea est Philosophiæ, quam quod Drusus opinatur, Dæmonem fugatum dumtaxat ratione simboli, & significationis, per hepar, & cor illud repræsentati. si Demon dumtaxat vsus fuit efficacitate agentis naturalis, nec de suo addidit malitiæ aliquid artificiosa commixtione, vel industria sibi nota, & hominibus incognita, vel fractura, vel continui so-

lutione,

lutione, vel detorſione occulta; tunc poſſet fie ri ,vt totum maleficium naturalibus, quæ medicorum ars approbat, remedijs tolleretur. Sic interpretatur Delrius ſententiam Richardi Mediauillani, qui cenſet maleficium naturalibus remedijs aliquando in totum ſuperari poſſe. Si quid huiuſmodi immiſcuit(vt ſolet) remedia. hæc naturalia ex parte poterunt iuuare, in totum iuuare non poterunt. Ratio diuerſitatis eſt, quia priore caſu poterunt illæ diſpoſitiones in totum tolli, vel ad tempus im pedirit, & ſic etiam actio dæmonis priore caſu in totum tollitur, poſteriore remittitur dumtaxat, & ad tempus, impeditur Deinde Dæmon, etiam ſi vſus ſit ſolis venenis natura libus, ſolet nonnunquam, vt; poteſt vim remediorum naturalium deblitare, & impedire quando Deus permittit: ratio etiam medici poſſunt conijcere, quibus mediis naturalibus ille ad nocendum ſit vſus; ita fit rarò immo vix vnquam maleficia remediis penitus tollan tur.

De Lynceis. *Cap.* *III:*

FErunt lynceos videre, quæ abdita penitus in terræ viſceribus, venas aquarum, & metallorum Theſauros, & ſub Sarchofagis ſi ta cadauera; res receptiſsima, & celeberrima eſt,& fieri poſſe cenſuerunt non Pindarus, Ize

tzes

ze e & alij Poætę, modo sed philosophi, quorum nonnulli vim habent, hanc humori melancolico, & natorum inde Spirituum vehementiæ adscribunt, quæ quidem aut credenda non sunt, aut, asserendum, venas aquæ nosse illos ex vaporibus mane, & vesperi locis illis expiratis, venas metallorum cognoscere, ex herbę quodam genere, illic nasci solito. thesauros & cadauera dæmonibus ostendi, & indicari, potest, acies oculorum, quando nullũ densum corpus interiicitur: diffusissima spatia transmittere, sed medium istud sarcophagorum, aut telluris tam densum, solidum, & opacum, id vel omnino expers, vel parum capax est illuminationis, & pellucidatis, quæ ad videndum necessaria. Accedit, quod hanc isti facultatem videndi solent ad certos dies restringere, feriam tertiam, & sextam, quod latentis pacti inditium. Quin, etiam rubedo oculorum, quæ in Zahuris maxime conspicitur; plus noceat, quam iuuet acumen oculorum. Dici videntur lyncei, a lynce ceruo secundum multos, vel lupo simili animali auctores tradunt præcipuam videndi vim in lyncę indi tam esse, vt solida corpora penetret, tanta inque illi videndi aciem esse ac perspicatiam vt a diaphanis rebus præcipue lædatur vsque ad excæcationem. sed si quid norit, linx trans solida corpora, vt ait Simon Maiolus, aut trans parietes non à visu id consequitur, sed ab olactu, quo pręcipuè quoq; illa fera valet, quod à dia-

à diaphanis, ob transparentiam lędantur oculi, non est mirum, nam, & qui homines visu plurimum valent, inspicilis nequeunt vti. Refranguntur etenim visus ipsius radii, ideoque læduntur, si diu refrangantur, sed breuiss imo obtutu nulla est læsio: de hoc animali Solinus cap. 7. ita habet: In luporum genere numerantur, & lynces quarum vrinas coire in duritiem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius sunt persecuti. lapidi isti succini color, est pariter, spiritu attrahit propinquantia dolores, renum sedat, medetur regio morbo. Cui accedit, & Aelianus lib. 4. capit. 16 qui memorat lapidem ad sculpendum esse accommodatum, & simul ad muliebrem mundum expetitum esse.

Ridicula sane sæpe sunt muliebria ornamenta, lyncis vrina, & moschi, seu catti stercus, & bombycis excrementa, toti orbi in ornamentum cessere, vt non prudeat iis rebus, summo studio, summa auiditate inhiare, cum putidissima animantium excrementa sint, non adnimaduertentes homines culpa amisisse diuina, vt belluinis excrementis exornentur quum studio maiore, quàm aurum, quærunt ista; nam quoad moschum, seu cattum, eiusque stercus zibettum, siue id natibus posterioribus purulentia fit, unt nobiles quidam in Vliisipone, quorum totus annus census cõstat, ex hoc stercore seu, purulentia: nam ad mille quingentos annuos aureos ascendit ipse, hic ex stercore

fru

fructus, vt ita prœstet stercus hoc colligere quā verere frumētum, id memorat Grannata Aloysius in instructione ad Symbolum.

Et plinius dicit, lyncem prænoscere suæ vrinæ vim, atque inuidia ductā eam terra operire, ita ille lib. 8. c. 38. Quare deprehendere quodam modo possumus pudere, vel illam lyncem, vt homo omnium creaturarum nobilissimus excrementa quadrupedum ad sui ornatum conquirat.

De Hermaphroditis. Cap. 4.

HErmafroditos esse nonnulli haud contemnendæ auctoritatis scriptores tradiderunt; Nam supra Nasamones, confinesque Illis, Maelias Androgynos vtriusque esse sexus inter se vicibus coeuntes, Caliphanes tradidit. Aristoteles quoque, addit dexteram mammā ijs virilem esse lænam muliebrem. scribit Plin. 7. lib. cap. 2. cui etiam accedit Aul. Gel. lib. 9. c. 4. & Isidorus lib. 11. cap. 3.

Et ipse S. Augustinus reperiri huiusmodi monstra (perraro tamen] fatetur lib. de Ciuitate Dei 16. cap. 8. verum ne laudem sibi arroget, turpissimum hoc hominum genus, ab illis Geneseos verbis, idem Santissimus Augustinus, de Genesi ad litteram lib. 3. cap. 22. sic respondet. Ne quisquam arbitraretur ita factū vt in homine singulari vterque sexus exprimeretur,

retur, ſicut interdum naſcũtur, quo Androgy nos vocant: Ideo pluralem numerum continuo ſubiecit dicens, fecit eos, & benedixit eos. ego Florentiæ, Mediolani, Ticini, Genuæ & Romæ huiuſmodi homines vidi, & incertos etiam, quos nemo mulieres, an homines eſsẽt diiudicaret. Vidi etiam viginti dies natum, cuius pater medicum accerſiuit, qui totum corpus, & maxime, pudenda reſpiciẽs, tandẽ quandam pelliculam ſcidit, & ſtatim abdita vulua naturalis erupuit qui profecto incertiſsimis permanſiſſet, eiuſmodi vidi, & vt in Sabinis fortaſſe olim infans natus, incertus, an maſculus an fæmina eſſet, alterque annorum ſexdecim ambiguo ſexu inuentus, vt tradit Liuius Dec. 4. lib. primo, quandoquidem naturæ vires prorſus in genitalibus defecerunt.
Ratio cur Hermaphroditi vtriuſque ſexus fiant, eſt, quod humor vt inquit Maiolus, vnde corpora gignuntur, ab omnibus genitorũ partibus fluit, & æquiſsima ſingulorum membrorum portio inſtillatur. ita fit, vt omnia mẽbra, præter genitalia a maris, ac fæminæ ſeminibus rite ſemper componantur. At de ipſis genitalibus, cum diuerſa vtriuſque forma ſit, vtriuſque ſemita inuicem pugnare neceſſe eſt in efformando huiuſmodi genitali. Si igitur vtriuſque genitalis materia ſuperflua ſit, tum maris, tum fæminæ; neque valeat altera alteram ſuperare, & abſumere neceſſarium illud ſequitur, vt vtriuſque forma retineatur.

Et ideo erit Hermaphroditus, at cum alterius genitale semen ab altero absumitur, eius forma redditur, quod alterum efficacia superauit. Ii igitur populi, qui omnes Hermaphroditi sunt, magnum in modum genitale semen tam mares, quam fæminæ emittunt, quod inuicem nequeat absumi. Albert. magn. anim. lib. 18. tract. 2. cap. 3. vtrum vero huiusmodi vtriusque sexus homines matrimonio iungi possint, videtur, quod non, quia abominandum esse videtur, duos vno matrimonio viros esse duasque vxores. Si enim vicibus coeant, & pariant, vterque erit vxor pariendo, vterq; etiam maritus gignendo, fueritque etiam hoc aliud super additum miraculum. Verum quidem matrimonium huiusmodi negandum nõ est, quod ad prolem est institutum, simul quoque ad Sacramentum, & ad carnis imbecillitatis remedium. Vnde crudeli quadam ratione fieret, si eis matrimonium negaretur. Verum non vtroque sexu vtendi facultas eis conceditur, sed eo tantum, in quem magis incalescant: Iuris peritis hoc demandatum lege est, vt si aliquando de Hermaphroditis, matrimonio copulandis agendum fuerit, quæstio prius habeatur, si alter in virum, alter in mulierem incalescat, vt suo quisque potentiori sexu, unis nuptijs iungatur; quod si adeo æquali potentia in vtrumque incalescant, cogendi sunt ad sexum eligendum, quo vti velint, atque electione facta, alter viri, alter vxoris fun

getur offitio, Episcoporum auctoritate adhibita, Iuramentoque adhibito, ita vsuros matrimonio, sicuti sexuum, electio facta est. id tradiderũt peissimi iuristarum Gl. Bal. & hul. in l. quæritur ff. de statu hom. Siluest. etiam Tabien. idem tradidere in summis in verbis Hermaphroditus, sed & alij etiam summistæ: sed quid, si accideret vxorem in virum mutari. Simon Maiolus standum promissis statuit presertim iuramento confirmatis, sed contrariũ videtur, quia iuramentum conditionatum est, & multa spondere possunt mulieres, quæ homines non possunt. & e contra.

De mutatione sexus. Cap. V.

FActos ex mulieribus viros multos legimus, Hippocrates lib. 6. Epidem pag. 8. scribit Abderis Phætusam vxorem Pithei parti vicinam, misso in exilium marito, aliquot mensibus cessante fluxu menstruorum, cunctis in membris magnos perpessam dolores, corporis habitu in virum mutatam: Idemque apud Thasios accidisse Anamisæ vxori Gorgippi. T. Liuius lib. 24. de Spoletana muliere idem refert, belli Punici 18, tempore Plinius. l. 7. C. 4. ex fæminis(inquit] mutari in mares nõ est fabulosũ. Inuenimus in animalibus P. Lici

nio Erasso C. Casio Longino Coss. Casini puerum factum ex virgine, sub parentibus, iussuque auspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutanus prodidit visum a se Argis Arescontem, cui nomen, Arescusæ fuisse, nupsisse, mox barbam, & virilitatem prouenisse, vxoremque duxisse, eiusdem sortis, Smyrnæ puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem; nuptiarum die L. Cosiniũ ciuem Tisdritanum, viuebatque cum proderẽ hæc. Hæc ille. A. Gellius lib. 9. Noct, c. 4. libitum tamen est (inquit) in loco miraculorum notare, id etiam, quod Plinius secundus vir in temporibus ætatis suæ, ingenij, dignitatisque gratia, auctoritate magna præditus, non audisse, neque legisse, sed scire sese, atque vidisse, in lib. Nat. Hist. VII. scripsit, quæ infra posita ipsius sunt, ex eo libro sumpta: quæ profecto faciunt, vt neque respuenda, neque ridenda sit nouisima illa veterum poetarum, de Coenide, & Cæneo cantilena. Hæc Gellius subdens superiora illa Plini verba. Quibus verbis, quod dicit miraculosum, hac voce vsus est late sumpta, pro eo, quod rarum, & admirandum. de Cæneo, & Tiresia legendus Ouidius, in Metamorph. quid opus fabulis, vbi suppetunt Historiæ? D. Augustinus vlt. c. l. 3. de Ciuit. Dei memorat ex Gentilium scriptis, & mulieres homines, & gallinas in masculinum sexũ fuisse conuersas. Iouian. Pontanus in Histor. Nea

poli

politana, narrat Caietæ mulierem piſcatori cuidam annis quattuordecim nuptam, in virũ migraſſe, & aliam cui nomen Aenulia, nuptã Antonio ſpenſæ ciui Ebulano poſt annum nuptiarum. XII. in virum mutatam, ſoluto matrimonio vxorem duxiſſe, & liberos procreaſſe, addit idem aliam fæminam, cum marito filium, vnum peperiſſet ſubito? exorta virilitate, marito iam non fæminam, relicto alterã duxiſſe, equa liberos genuerit: nonnulla conſimilia narrauit Coſccins Sabellicus, quibus omiſsis, duo ponit Delrius, que ſuis temporibus Hiſpania dedit, & conſcripta fuere fideliſsime, ab Ant. Torquemada patris idiomate; Amatus luſitanus; autoreſt in oppido, Ezgueyrà luſitaniæ, diſtante à Conymbrica nouem leucis, vixiſſe quendam virum nobilem, cui filia erat vocata Maria Pacheco, quæ um eius iam ætatis eſſe inciperet, qua fæminis mẽſtrui flores inchoantur, loco liquidi humoris erupit ei elocis, [ſi intus abſconditum latuerat] vel aliter notum foras prodijt, virile membrum; ſicque ex puella, ſubito adoleſcens ephebus apparauit. Cum ſexu veſtitum virilem, nomen quoque aſſumpſit Manuelis Pacheci. Nauim conſcendit in Indiam, profectus rebus fortiter geſtis, ſtrenui militis exiſtimationem, opeſque magnas comparauit in patriam rediens, vxorem nobilem duxit: de liberis ſubdit mentionem amatus nullam ſed ait illum imberbem permanſiſſe facie in

fæmineam declinante. quæ sunt inditia non perfectæ virili atis. Vltimo loco subdit Torquemada, se ab amico viro magna auctoritatis, & fidei pleno accepisse, non procul ab vrbe Beneuentana Hispaniæ, vxorē rustici cuiusdam fortunæ mediæ, quæ quod sterilis esset, minus a marito benigne habebatur; pertæsā malæ tractationis, quadam nocte aufugisse, sumpto vestitu famuli domestici: sic ornata, virumque mentita, varijs in locis opera seruili vitam sustentauit: post aliquod tempus, siue quod calor in ea naturalis tam efficax foret; siue quod imaginatio nata, & confirmata continuo habitu, & ministerio virili, eam efficacitatem nacta sit, certè ipsa se in virum mutatā deprehendit. statuit ergo, quæ diu fuerat vxor maritum agere. fæminam sibi matrimonio copulat. diu res latuit, illo non audente. cuiquā rem narrare, donec quidam ei prius optime notus, cernens tam similem esse facie vxori profugæ rustici illius, iterrogauit, num forte frater esset talis mulieris, huic rem omnem vti contigerat, narrauit. Sic res in lucem venit. Fulgosus scribit sequentia Neapoli regnāte Ferdinando primo, cum Ludouico Guarna salernitanus. ciuis quinque filias suscepisset; quarum natu maioribus duabus, alteri Franciscæ, Carolæ alteri erat nomen. posteaquam ad quintum decimum annum peruenerūt, ambabus genitalia membra in marium morem eruperunt; mutatoque habitu pro maribus

habi

habiti sunt, Franciscus, & Carolus nuncupati. Item Ebuli sub eodem Rege, puellę, quæ iam quatuor annos viro promissa, spósæ habuerat nomen: qua nocte primum viro tradita, cum eo cubuuit, siue ex confricatione, siue ob aliã causam, quæ ignota sit, effractis membranis, quæ vt mulier videretur, efficiebant, virilia mẽbra prodierunt; domumque reuersa in Iudicio dotem repetiuit, in virorum numero postea habita. Hæc præmisi, minus vt incredibilis videatur Phlegontis narratio; virgo quadam, inquit, smyrnæ nata Philotis nominé cum matura viro nuptum tradita esset, à parentibus masculino enato membro, in virum abiit Quin & laodiceę, quæ est in syria, mulier Aeteta nomine etiamnum, cum marito degens, e fæmina uir extit, cui nomen Aetetus, Præside Athenis Macrino, Romæ Coss. L. lamia & Aeliano vetere, & addit Plegon Hadriani libertus se hunc vidisse. Michael Montanus lib. 1. exprimentorum cap. 21. testatur suo tempore, Vitriaci fuisse, puellam nomine Mariam quæ cum saltaret violentius, subito virilibus, erumpentibus, in virum mutata sit, & ab Episcopo suessionensi confirmationis sacremento mutato nomine, Germanus vocari cæperit, Eius postea mento barbam adnatam, diu vixisse ad decrepitam vsque ætatem, vxorem tamen duxisse nunquam. ille hoc vehementi imaginationi tribuit. notant medici quidam, non esse obscuram rationem, qua id natura det ef-

fectum: conari super eam, id quod perfectius mulierem esse, quasi virum quendam imperfectum: menstruis retentis diutius fieri vocem robustiorem, cutem pilo vestiri, reliquum corporis habitum roborari: nec aliud ad Metamorphosim hanc deesse; quam vt quæ sunt intus vasa seminaria, foris appareant, & quæ inuoluta prius fuerant, expellantur, caloris naturalis vrgentis impetu. Quare id fieri posse, vt è fæminis in masculos vertantur, cuiusmodi quæ narrata sunt. perspicue indicant, non est ambigendum, quoniam naturæ vis, plerumque pueris est imbecilla. Vnde non omnia membra facile prodeunt, nisi vi aliqua postea accedente: at è conuerso, è masculis fieri fæminas impossibile est, quandoquidem emergentibus membris nulla vis esse potest, quæ ea introsum penitus contrahat, & occultet. in reliquum vitæ tempus: licet enim introrsus contrahantur, non tamen fæminei sexus vsum prestabunt.

Nam ait Sanctus Augustinus, de Gen. ad litteram, lib. 12. c. 17. puerū fuisse scribit, apud Hipponem, qui exordio pubertatis dolorem accerrimum genitalibus patiebatur, medicis nequaquam valentibus, quid illud esset agnoscere, nisi quod neruus ipse introrsum reconditus erat, ita, vt nec præciso præputio, quod immoderata longitudine propendebat, apparere potuerit, sed postea vix est inuentus. Hæc ille. Vnde huiusmodi contractio fieri sane posset, at non vllā sexus mutatio.

Quæ

Quæ species Animalis unum tantummodo sexum obtineat:
Cap. VI.

ADmirabile est in Anguillis, quod nullius sint amoris participes, cum adeo mutuo glomerentur: Non enim coeunt. neque mutuis complexibus gignunt, quandoquidem illis nullus sexus, est; vt Plinius memorat libro decimo. capite sexagesimo octauo. neque vlla est, inter eas fœmina teste Aristotele anim. libro octauo capite trigesimo: Cum igitur nõ pariant, neque coitu ipsæ procreentur vt, Aristoteles tradit anim. libro sexto capite decimo sexto, facile credi potest mili in vnũ globum glomerari posse, vbi nulla sit æmulatio, nullus ob sexum Zelus. Propterea diuus Basilius, in ex.hom.9. admiratur Anguillas nouo quodam miraculo, absque parẽtibus procreari. Albertus tamen dubitat in anguillis, esse sexum, cum viderit in Germania duas, ex quarum vteris, alię multæ ederentur, animu: libro vigesimo quarto. Adiicit autem illud, Anguillas neque in Danubio flumine viuere, neque in aquis in illum influentibus, vt Anguillis nulla est fæmina, ita murenis nullus est masculus: cum igitur omnes fęm iuæ sint, poterat natura instituere, vt Anguillis murenæ essent vxo-

res,& murenis Anguillæ meriti. sed certe admiranda est inter vtrumque hunc sexum abstinentia, cum tamen vtriusque forma non admodum sit dissimilis: Esse omnes murenas fœminas, tradit Plinius libro nono cap, vigesimo tertio: Sed. vt deprehendit Maiolus fœmineum omne genus magis ad adulteria procliue est, quia mares consueuerint: quæ malit terrestris ranimantis, eiusque deterrimi serpentis viperæ complexius, & ex illo gignere, quam ex optimo sibi persimili piscium genere, concipere ac procreare,

De quibusdam precipuis piscibus Cap. VII.

OStreis accidunt memoratu digna, sexum non habent, sicut nec reliqua animantia, quæ saxis adhærent. Plin. lib. 10. cap. 68. Augentur tamen aliquando in tantam amplitudinem, & copiam in indico mari, vt credi vix possit. vnius enim caro ad librarum viginti quinque pondus, comperta fuisse, perhibetur, Auctore Antonio Pigafecta, quin etiam ad libras quadraginta septem, in Regno Burneo ascēdisse memorat Maximilianus Trāsiluanus apud Ramusium Tomo primo.

Ex ostreis eximia purpura, cum conficiatur mirum ibi adeo esse ingentia ostrea, vbi nemo purpura induitur. In Europa vero, vbi frequentissimi sunt, qui illa vtuntur, adeo tenui

carne

arne sunt, vt vix humanū digitum excedan
d certe fert humanarum rerum conditio, vt
vbi res quæritur, absit, adsit autem vbi contemnitur. Nam aurum apud indos, Arenæ ac lapidum more inuentum nihili habebatur: quod in Europa, cum tanti fiat nusquam compertum, nisi illatum. Conficitur autem purpura ex ostreis, si sanguis eius colligatur; quod pręcipue fit in Insula Tamboli indica: vbi plurimus illis, & sanguis, Iambolus, est auctor, apud Ramusium Tom: primo vniones quoque pretiosissimi in ijsdem ostreis, niti comperiuntur, & maximi, quandoquidem in Insula, cui ob id vulgus nomen indidit Italicum, delle perle, repertus est vnio, quanto est nux Iugulans, coemptus aureis nūmis, ducentis: supra mille, vbi enim maturuerunt in vtero, eos edunt, pariuntque ostrea, perinde ac oua gallinacea edi solent, retētis immaturis, vt tradit Petrus martijr summ. Ind. esse autem frequentes tantæ amplitudinis & ipse testatur, & Ouetanus sese vidisse affirmat hist. lib. 19. cap. 8.

Est in ostreis sua quoque solertia, nam præter id quod contracta foribus occlusis, sæpe mures captiuos fecere, & epulata sunt, vt carmine Alciatus, memorat: nam dominorum, quibus furta multa illi fecerant, vindictam exercuerunt, sic igitur ille

Regnator penus, mensæque arrosor herilis,
Ostrea mus summis vidit hiulca labris

Queis

Queis teneram apponens barbam, falsa ossa momordit,
Ast ea clauserunt tacta repente domum.
Deprensum, & tetro tenuerunt carcere furem.
Semet in obscurum, qui dederat tumulum.

Et quod maioris æconomiæ est, quibus nec pedes, nec manus, aures, oculiue illi sunt, domi alunt solertem hospitem: nam ostreis sociatur animal, minimi cancri, forma, à quo monentur, si quid extraneum forte obfuturũ superueniat, vt concham occludant; id habet Alb. anim. lib. 5. tract. 2. cap. 2. Mirum hoc & magis quod cancer ostreis insidiatur, & ex est. nam cum apertam videt ostrei concham, ne occludi posit lapillum, aut lignum interponit, atque ita illud depascitur, vt Basilius exemero tradit. Qua etiam arte Polypus edendis ijsdem vtitur, vt eodem capite 2. memorat. Alb. Admirabile igitur est, vt ostreis is Cancer, studiosus tuendis inuigiiet. Erit igitur ille cancerculus, cancrorum hostis: ita enim accidit, vt animantia hostilitatem cum ijs gerant, plerumque, quos formæ specie imitantur, formicis hostis est formicoleon, fucus apibus, lupus Canibus, atque alia alijs vel degenerando virtute, vel inuidendo æmulandoue moribus. vt dicit Maiolus.

Pertinacioris naturæ est spongia, & dolositatis quoque habitaculum, domi enim lationem fouet, qui pisciculos per insidias enecat Mirum igitur in spongia marina inesse sen-

ſum ,cum tamen inter pla ntas , & animalia medium eſſe videarur , ſic enim de ea Ariſt. an. lib. 1. cap. ſpongia inquit ſenſum habere aliquem creditu:, argumento quod multo dif ficilius abſtrahitur,niſi clanculum aga tur, vt referunt auulſores . Quod , & Plinius habet lib. 9. cap. 45. ſpongiis inquis intellectum eſ- ſe conſtat, quia vbi auulſorem ſenſere, contra cte multo difficilius abſtrahuntur ; hoc idem pulſante fluctu, faciunt circa Toronem,ex reli ctis radicibus recreſcunt . At ticentius natur. lib. 5. cap. 79. tradit ſpongias marinas quædã eſſe corpora inter plantas, & animalia, quo- niam & radicibus aluntur, vt plantæ, & tactu ſentiunt vt animantia, eticumque principia eſ ſe vapores . Vnde prius per ſe oriuntur , plan- te vero ex ſeminibus pluuia mediante . ſed A- riſt. tradit perſimiles eſſe plantis . viuunt igi- tur aliquo ſenſu ſpongiæ, ſed peſsimo reip. ex emplo, ac pernicie . ſunt illi domus latebroſæ multis sinibus impenetrabile , vt ibi quęque mala,& fieri,& abdi poſſunt,facinoroſi,lationẽ enim,& inſidiatorem alunt , cuius latrociniis ipſæ quoque ditentur . Ariſtoteles etenim tra dis naſci in cuubillibus ſpongiam,beſtiolã ara nei perſimilem, cui no mẽ eſt Pynothera, Re- gis haec intra ipſas ſpongiarum latebras, & a- periendo, claudendo piſculos , caput , ape rit, vt ad ingreſſum inuitentur,claudit cum in greſſi

g. essi fuerint, ne redeant, sed pluribus id expli
cat Aelianus. lib. 8. cap. 15. spongiam dirigit
pusilla bestia, non specie quidem Cancro, sed
magis araneis similis, neque enim inanima
hæc est; nec sanguinis expers, sed partus ma-
ris animans, quẽ admodum in saxis innascitur
& cætera animalia motu prædita sunt, si hæc
ipsa suum quendam motum habet, verum ta-
mẽ animalculo ad se sensu afficiendum, & vt
sit animata eget, nam propter quandam cha-
ritatem ingenitam, & molritudinem pertusã
non se commouet. sed cum quidpiam in suo
foramina incideris, ab eo bestiola; araneo si-
milem excitata, id comprehendit: cum autem
ad euellendum eam e saxis homo accedit,
ipsi abeo ipsi animali conuictore suo stimulata
in horrescit. et cõtorquens, se arctissime contra
hit, quæ causa hercle est, cur piscatori pluri-
mum negotij facessat. quod de Remora tra-
dit Plinius, perparum est, ac plura sunt, quæ
commemorat lib. 32. cap. primo paruus ad-
modum [inquit] pisciculus echeneis ruant ven
ti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, vi-
resque tantas compescit, & cogit stare nauigia
quomodo non vincula vlla, non anchoræ pon
dere irreuocabili iactæ, Infrenat impetus, &
domat mundi rabiem, nullo suo labore, non
retinendo, aut alio modo, quam ad hærendo
Hæc tantilla est satis contra tot impetus, vt
vetet ire nauigia, sed armatæ classes imponunt
sibi turrium propugnacula, vt in mari quo
que

que pugnetur, velut e muris, Heu vanitas humana? cum nostra illa ære, ferroque ad ictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere deuincta pisciculus. fertur Actiaco bello, tenuisse Prætoriam nauim Antonij properātis circumire, & exhortari suos, donec transiret in aliam. Ideoque Cæsariana classis impetu maiore protinus venit. Tenuit, & nostra memoria Caij Principis ab Astura Antiù remigantis, nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, cum e tota classe quinqueremis, sola non proficisceretur, exiliētibus protinus, qui id quærerent circa nauim inuenere adhærentem gubernàculo, ostenderuntque Caio indignanti hoc fuisse, quod se reuocaret quadringentorum remigum obsequio, contra se intercederet. Constabat peculiariter miratum, quomodo adhærens tenuisset: nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc posteaque videre, eum limaci magnæ similem esse dicunt.

De Canibus. Cap. VIII.

IN Canibus, Maiolus non admiratur vires, quæ tigribus etiam atque aliis feris multis communes sunt, sed insitas quasdam, quasi virtutes solis ipsis proprias. Nam Basilius in exh omil. 9. Dialecticen quandam canibus isse indisserit iis, verbis, Rationis qnidem expers

est

est canis. æquiualentem tamen rationi sensum habet, quæ enim per multæ vitæ otium desidentes, mundi sapientes vix inuenerunt, syllogismorum, inquam plexus, ea se a natura edoctum ostendit canis . Vestigium enim feræ perscrutans, vbi inuenerit ipsum multiformiter fissum , digreßiones quocunque diuertentes signatim rimatus tantum , non Syllogisticam vocem per ea, quæ facit, edit, aut hac inquit fera diuertit, aut illac,aut in hanc partem. Atqui, neque hac, neque illac , reliquum igitur ipsam hac digressam esse, & sic per destructionem falsorum verum inuenit. Quid magis eximium faciunt,qui in Mathematicis figuris designandis reuerenter, & cum graui auctoritate desident,& puluerem lineis insculpunt, & tribus propositionibus tollentes, & destruētes duas, & in ea,quę reliqua est,veritatem inuenientes? Hactenus Basilius , qui & aliud addit. Porro [inquit] memoria beneficij huius animalis, quem non ex ingratis erga benefactores pudefacit? Cum sane multi canes , & iam occisis Dominis , solitudine commortui esse commem rantur . Iam vero quidam in recenti adhuc facto,& affectione etiam viæ duces iis,qui occisores inquirunt facti , sunt, & ad pœnam rapi malefactores fecerunt, qui per simile in Epiro contigisse memorat. Plin. lib. 8. c. 4.

Quod angustioribus verbis Basilius , & Plinins subiudicarunt , apertioribus S. Ambro-

sius

ſius explanauit : Nullum [inquit] animal tam tenax eſſe beneficii poteſt, vt canis & memor gratiæ, quandoquidem pro Domino ſuo, & latrones inſilire, & extraneis nocturnos acceſſus nouerit prohibere, mori pro Dominis ſunt parati, ſæpe etiam illatæ necis euidentia canes ad redarguendum reos indicia prodiderunt, Nam Anthiochiæ in remotiore vrbis parte ferunt virum necatum, qui canem ſibi haberet adiunctum: Hunc.n. quidam miles prædādi ſtudio interfecerat, & in alias partes ceſſerat, Iacente autem cadauere inhumato, frequens ſpectantium vulgus aſtabat. Canis autem vultu lachrymabili ærumnas Domini ſui deflebat. Is vero, qui necem intulerat, ingenii verſutia , quo præſumptam fidem aſciret innocentiæ, ad illam circumſpectatis populi coronam, quaſi miſerans acceſsit. Tunc canis ſequeſtrato paululum doloris queſtu audaciam vltionis aſſumpſit, & apprehenſum tenuit, ac velut Epilogo quodam miſerabile carmen immurmurans, vniuerſos in lacrymas conuertit, fidemque probationi attulit, quia ſolum eum ex plurimis tenuit, nec dimiſit prorſus. Vinc. Hiſt. lib. 19. c. 13. Excitauere alij quoque canes ſuis latratibus iudicia publica in facinoroſos, adeo non ſolum perſonæ domini, verum honoris, & rerum curam canis geſsiſſe repertus eſt. Nam cum è templo Aeſculapij Athenis ornamenta furto ſublata fuiſſent, canis ſemper eſt latronem in

sequutus, adalcrans, non abstinens, nec lapidi ictibus, nec buccellis pinguibus idque indicio sufficere visum est, vt inquireret in latronem ad latratum, qui comprehensus, & tortus fassus est, & suppliium sumptum de eo; cani vero publice decreta alimonia, id habet Aelianus Hist. anim. lib. 7. c. 13.

Eadem cura cani comperta est circa domini res, a furibus ablatas, Eupolidi Poætæ Comico.[r] Nam illi Augeas Eleusinus munere canē donarat, forma præstantem, quem Eupolides etiam Augeam appellauit. Cum igitur Ephialtes, seruus Domino Eupolidi furtum faceret canis insultans in furem, mordicusque comprehendēs interfecit Eupollidæ postea in Aegina defuncto, canis & vlulatu prælongo, & mærore inediaque extinctus est. Ael. Hist. ani. lib. 9. cap. 42.

Vt rerum, ita, & honestatis domini curam canes gerere comperti sunt. Catellus enim siculus adultero infestissimum se præbuit: nam & si adulteræ familia omnis corrupta faueret admisso adultero, repentino mariti reditu necessarium fuit, certo quodam loco adulterum occludere. Catellus solus fidelis, nunquam cessauit ostium illud adlatrare, pedibusque fores conuellere, adnitens marito, inditium fecit aliquid ibi latere mali, reserato ostio: inuētus est adulter armatus, vt maritum futura nocte occideret, adulteram ducturus ex Aeliani.

Hist.

Hist. anim lib.7. c. 21. & Darius, qui extremus, narrauit apud Persus in ea pugna, quam contra Alexandrum suscepit,& commisit,cum a Besso multis vulneribns coofossus esset, & ia ceret stratus, omnibus mortuum relinquent i bus, canis ab eo educatus solus permanit fidelis, eumque ta metsi non amplius suum alto rem, sicut tamen adhuc viuentem seruauit Ae lian Hist. anim lib. 6. c.24. qui & aliud exem plum ibi mox addit. Lysimachi. n. Regis canis (inquit]cum se seruare quiret, non inuitus eadem, qua suus morte dominus defung: voluit, quod & Plinius habet lib.8.cap.4.

Habet idem Aelian li. 7.c. 33.& 35. non spernenda quædam. Polus.n. tragædus,cum de functus cremaretur, canis eius alumnas in me dios rogos se misit, viuiusque cum altore suo exustns est. Theodori quoque fidicinis præstantes, cnm sepulcro iniiceretur, canis meliteus in ipsius sepulcrum se ipsum proiecit, & simul sepultus est. Memorabilia videntur ea, quæ profert Plinius lib. 8. cap. 40. Garamantum enim Re,gem canes ducenti ab exilio reduxere, præliantes contra resistentes. Propter bella, & colophonij idemque Castabalen ses cohortes canum habuere quæ primæ dimicabant in acie, nunquam detrectantes,sed, & nostræ Christianæ fidei temporibus, Rhodiensium militium canes ea insula ita educati fuisse memorantur, vt cum noctu vagaren-

tur, Turcas ita a Christianis solo odore discreuerint, ac illos latratibus, ac etiam morsibus proscinderint, his autem blandirentur Bergo. an. Domini 1308. de initio Rhodiensium militum. sed & ii, qui orbem nouum pelustrarunt, referunt in Hispaniola insula canes compertos, qui dimicantibus copiis, sese in conflictum immiscuerint, potissime hostes morsibus lædentes, quin & captiuos Indos tanta solertia asseruasse commendatos, vt qui aufugissent etiam multitudini admistos internoscentes, trahentesque reduxerint, noctu autem effugientes, siue etiam interdiu, tametsi iam ad multa passuum millia dilapsos nutu dominorum, odoreque insequentes inuenisse, dentibus abreptos, dextera fortissime recenta, ad reditum compulisse, reluctantes discerpsisse. Ideoque intra militum Cathalogum fuisse conscriptos, duplique stipendio donatos memorat Ouet. Hist. lib. 16. c. 11. subiicit autem Plin. lib. 8 c. 40. rem plane memoratu dignam de canis fide, & gratitudine, vt qui a Domino alitus Domini, quem putaret fame affligi, allatum panem ori obtulerit, Nostro (inquit) æuo actis Populi Romani testatum Appio iunio, & P. Silio Cosl. cum animaduerteretur ex causa Neronis, Germanici filii in T. Sabinum, & seruitia eius, vnius, ex his canem, nec a carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse abiecto, in gradibus Gemoniis, mæstos edentem

vlula

vlulatus, magna Populi Romani corona circumſtante ex qua, cum quidam ei cibum obieciſſet, ad os defuncti tuliſſe. innatauit in Tiberim, abiecto cadauere ſuſtentare conatus, effuſa multitudine ad ſpectandum animalis fidem. eadem Zonoras in Tyberio.

Agnouere canes etiam Dominorum pericula aliqua, quibus pro ſuis viribus ſuccurrere adnixi ſunt. habet enim Aelian. lib. 1. c. 9. in hunc modum. Nicias venator, cum in fornacem imprudens incidiſſet, canes eius, & circũcurſabant auxiliaturi, & veſtem apprehendentes extrahebant, quin huiuſmodi canum adnixus indicarunt reliquis hominibus, ibi Niciam aduri, cum id nemo hominum aduertiſſet.

Et illud eſt memorabiſe. Gelon Syracuſanus canem amiciſsimum habuit, cum igitur dormiens ſomniaret, ſe vehementer percuti, ideoque etiam clamaret, canis impetu in lectũ ſe coniecit, & circumcurſitans latrabat, quaſi auxiliaturus domino: Sed excitato Gelone, quod inſomnium erat euanuit, fideſque canis apparuit. Hæc Aelian. libro 6. cap. 6. & libro. 7 cap. 10.

Et rerum Domini curam habuiſse canes, ne deperderentur compertum eſt, Nam mercator Colophonius ad nundinas profectus eſt cum Seruo, & cane; Seruus à via diuertens, marſupium ibi oblitus eſt, vbi ſe ſpoliauit: canis viſo marſupio, ibi cuſtodiuit, donec in nun-

dinis Dominus, ac Seruus se pecuniam perdidit se animaduerterunt. Hi igitur in reditu, cũ repetiissent locum, vbi per obliuionem marsupium permanserat, canem custodem reperiunt, qui tunc expirauit inedia, lętitiam præseferens, Aelian histor. lib. 8. c. 30.

Mira quoque in canibus est docilitas, nam quę ab histrionibus, in foro agi videmus, per canum industriam, quanquam id mirabile videatur, quando hominum mores internoscere videntur, non nisi docilitas est canum, qui nutus domini sui norunt, nemine alio id animaduertente: innuunt enim Domini digitis, aut bacillo, postquàm de moribus locuti sunt ita vt canis nutu percipiat, de quo loqui dominus videatur, atque ita fit, vt recta ad demonstratum eat siue meretricem, siue vsurarium, siue sicarium, aut etiam virum optimum, quæ res spectatoribus miranda videtur, quasi canis verborum sensum intellexerit, cum tamen tantummodo nutum acceperit. Propterea quod zonaras in Justiniano miraculi loco habet, passim in Italia, quasi tristissima res cernitur. Sic igitur ille, Iustiniano Imperatore quidam canem mirificum in vrbem adduxit, ad quẽ spectandum confluente populo, multi suos annulos, in vnum aceruum cõgestos, ante canem posuerunt, quos Domini iussu cuique suum extra errorem, ore attulit. Iam rogatus quis ex iis, qui adessent diues esset, quis pauper, quę mulier meretrix, quæ vidua, quæ vxor, & id gę

nus, aliaea quoque omnia absque omni errore demonstrauit, veste cuiusque ad quæstionē o reprehensa. Hactenus Zonaras, cui accedit Nauclerus Gener. 19. qui & rursum canem fuisse memorat, quod autem cæcum purat, falsum est, omnis enim canis industria illa ab solertissimo obtutu pendet, cum ipse totus pendeat ab obseruatione digitorum Domini. Sed id neque Græci, vt Zonaras, neque Germani, vt Nauclerus nouerunt, cum Italis res huiusmodi, vbique sit notissima. Eandem Historiam etiam recensuit Theophanes ijs omnibus vetustior, vt est apud Anastasium Bibliothecarium, anno Domini 536.

Santi quandoque, docuere agere quædam canes, in quibus miraculum non natura valuit, cuiusmodi quando Beatus Petrus Apostolus cani Simonis magi iusserat, vt Simoni deferret, aduenisse Petrum Apostolum, nam reuera id effecit, canis locutus omnibus. stupentibus, quanquam etiam Simon suis præstigijs, idem quoque efficere videretur, vti ex antiquis scriptoribus memorat Iustinopolitanus, Hist. Sacr. lib. 1. c. 20. quod etiam constat apud Clementis Recognitionum libros.

Quandoquè edocti ferre Sarniculas, velut Asini implentes officium, eximie cōfecerunt, imo passim id eorum munus, est in orbis noui plaga, vt memorat Petr. Hisp. p. s. c. 24. ex Alberto magno de animalibus lib. 8. tr. 6. cap. 1. canem edoctum in mensa conuiuis lumen brachiis

ſtabili veſtigio tenuiſſe, donec perduraret epulæ, Ad hæc accedunt canes cæcorum Romanæ Vrbis, qui per Vrbem ad omnes Eccleſias, ad omnes Principum, Ciuiumque domos loro ligati, perducunt Dominos elæemoſinæ petendæ gratia, norunt enim ii catelli locum, quò veniendum fuit, ibique ſubſiſtunt, atque ita cæcus Dominus, & ipſe ſubſiſtit, auget miraculum, quòd ij cæci die lunæ pro defunctis oraturi, qualdā habent domos Ciuium, vnde eleemoſina petenda ſit, alias die martis Angelorum, ob memoriam, alias die Sabbati ob Beatæ Mariæ Virginis Commemorationem, & ad has diuerſas diuerſorum quoque dierum domos catelli, cæcos dominos ſuos abſquè vlla errore perducunt. Et cum quadrageſimali temporè, quotidie adeò diuerſis locis indulgentię, ac ſtationes indictæ ſint, ad omnes tamen, qualibet ſint vrbis parte, aut etiā extra Vrbem abſque vllo vnquam errore, Dominos ſuos prorſus orbatos perducunt. quæ res quoniam luce meridiana Romæ manifeſtior eſt, non eſt longioribus verbis memoranda, vt inquit Simon Maiolus.

Hoc igitur præcipuè nobis eſt cordi, canes Dei miniſtros ſæpe fuiſſe, reductus eſt Tobias cane ſemper comite, eiusque ad domum paternam reditus à præcurrēte cane parentibus, magnam ob expectationem, mæſtis renuntiatus eſt Tobiæ 11. at ad Dei Iram exercendam, iuxtà Sanctorum Prophetarum prædictioné,

fuere

fuere ministri, cum enim prædixisset Regi Achab Helias futurum, vt canes aliquãdo san guinem eius lingerent, 3. Reg. c. 21. id breui po stea est insecutum, vulnerati etenim Achab Regis sanguis profluens e curru, à canibus lam bebatur, in pugna aduersus Galaaditas 3. Reg. 22.

Regina quoque Iezabel cum vineam Na bothconcupiuisset, & abstulisset, eiusdem He liæ prædictione à canibus deuorata tota est, preter caluitiam, & pedes, & summas manus, 3. Reg. cap. 21. & 4. Reg. 9.

Vtrum si Demones corporei essent, Vim haberent generandi, & si Vim habe rent generandi, ex mulieribus gene rare aliquid possent. Cap. IX.

ETiam si Dęmones corporei essent, nõ prop terea tamen Vim haberent generandi, nec haberent semen prolificum, vt asserit Pere rius. Est autem semen genitale vltimi alimen ti residuum, vt sit generationi. Etenim facultas generandi, & creandi semen pertinet ad ani mam vegetatiuam, cuius propria sunt opera generare, & alimento vti, sicut Aristot. docet lib. 2. de anima tex. 34. in quibuscunque autẽ corporibus est anima vegetatiua, necesse est

ea corpora aliquando fuisse generata, & ali quando esse interitura: Nec anima tantum vegetatiua esset in dęmonibus, si in his esset facultas generandi, sed esset quoque anima sensitiua, siquidem naturale est in viuentibus perfectis, ex ipso actu generationis voluptatem capere, quam sane voluptatem nec istius opinionis Sectatores Dæmonibus denegant, quin aiunt eas voluptates expetere ipsos, & libidinosis, & obscęnis congressibus gaudere, & oblectari. Atqui sensus talis delectationis, pertinet ad sensum tactus, qui ex primarum qualitatum temperie existit, nec in simplici corpore, sed in mixto, & temperato ex elementis sedem habet. Ex his igitur concluderetur, corpus Dæmonis non esse simplex, sed mixtum ex omnibus elementis, nec vniforme, quod græce dicitur Homogenenm, sed multiformes habent partes, scilicet organa, varijs animæ actionibus perficiēdis destinata, & accommodata. Quapropter corpus Dæmonis solidum, & crassum, & aspectabile, atque omnibus conspicuum esset. adiice quòd facultas generandi fert secum distinctionem sexus, in marem, & fęminam, ad perfectam enim generationem, vterque sexus conuenire debet, cum in altero sit vis actiua generationis, in altero autem passiua, nec sinè vtriusque concursu generatio effici queat. Erunt igitur Dæmonum alij mares, alij fæminæ, essetque inter eos ad generandum coniunctio. Non igitur mendacia

erunt poetarum figmenta, nec fabulosa eri-
sed vera Hesiodi Theogonia, & pro veris cres
denda erunt, quæ fabulati sunt Ethnici de Dijl
& Deabus, & de eorum inter se coniugijs, adu
teriis, & incestibus. Denique cum Dæmones,
tot annorum millia ab eo tempore, quo sunt
creati, iàm transegerint, si vim generandi ha-
berent, plane innumerabilis esset, a que intol
leranda Dæmonum progenies. Hæc si falsa, si
absurda, si impossibilia, atque incredibilia sũt
illud quoque falsum, impossibile, & absurdum
esse necesse est, Dæmonem habere vim gene-
randi.

Alia esse posset ratio, quia licet Dæmones
corporei essent, & vim haberent generandi,
non idcirco tamen ex mulieribus generare ali
quid possẽt. Duo enim principia ad perficien
dam generationem, necessario conuenire de-
bent. alterum est principium actiuum genera
tionis, quod est in mare, alterum est principiũ
passiuum, quod est in fœmina. Quamobrem si
Dæmon generaret ex muliere, vis actiua gene
rationis esset in Dæmone, vis autem passiua
esset in fœmina, sed hoc fieri nequit, nam inter
potentiam actiuam generationis, & passiuam
naturalis debet esse conuenientia, & cognatio,
vt sit vtraque in his, quæ sunt eiusdem speciei,
vt in viro, & fęmina, equo, & equa, Leone, &
leæna; vel certe eiusdem generis proximi, vt
in equo, & asina. Vnde gignitur mulus, non
enim quodlibet animal ex qualibet animali
generari potest, multo minus animal ex ani

mali

mali, cum ista differant genere. Dæmon autem, & mulier differunt, non modo specie, sed etiam genere, & quantum ad animum, siue mentem, & quantum ad corpus: nulla igitur esset conuenientia, inter potentiam generatiuam Dæmonis, & mulieris, quapropter nulla ex his generatio existet. confirmatur hoc auctoritate Arist. qui lib. 10. metaphys. text. 25. adhunc modum scribit, masculus, & fœmina propriæ quidem animalis passiones sunt, sed non secundum substantiam, verum in materia & corpore. quare idem semen aliquam passionem passum, aut fęmina, aut mas fit. Et sequenti text. sub finem eius libri affirmat corruptibile, & incorruptibile diuersa esse genere. Dæmon autem incorruptibilis secundum naturam, mulier vero corruptibilis, quocirca genere diuersa sunt inter se. Ergo non potest Dæmon habere vim actiuam generationis, respectu mulieris, nec mulier passiuam respectu Dęmonis.

Est etiam alia ratio, sed concedatur Dæmones esse corporeos, & habere vim generandi, quin etiam generare posse aliquid, ex muliere non posse tamen, his rebus, & concessis concludi Dæmonem ex muliere generare posse hominem, sed contra potius conficietur, si prolem ex muliére crearet Dęmon, eam non fore humanam, Cum enim duo diuersæ speciei, inter se coeunt, ad generationem ex vtriusque commixtio ne, quod generatur, id specie ab

vtroque

vtroque diuersum est, ex equo enim, & asina generatur mulus, idemque cernitur in alijs, quę sic generantur: Nam quæ generantur ex parentibus diuersæ speciei aut essent eiusdem speciei cum vtroque parente, quod fieri non potest, cum illi differant specie, vel essent cum altero parente eiusdem speciei, sed cur potius cum vno, quam cum altero, cogit igitur ratio Philosophica sentire, illud diuersum esse, debere ab vtroque. sed ita tamen, vt etiam cum vtroque aliquam habeat conuenientiam, sicut in mulo, manifestum est. Cum autem dæmon genere diuersus sit à muliere, quomodo, quod ex Dęmonis, & mulieris congressu generatur, potest esse homo, id est similis omnino mulieri, diuersus autem omnino a Dæmone, cum deberet contra euenire, vt similior esset secundum substantiam Dæmoni, quam mulieri; siquidem Dæmon haberet vim actiuam generationis, fæmina vero pasiuam, & vt materia prolis ex fæmina est, sic forma præcipue actiuo principio accepta fertur, facit ad Confirmationem huius sententiæ, quod scribit Plinius libr.6.capit.2. quosdam Indorum cum feris coire, mixtosque, & semiferos esse partus, quam fortasse ob causam Gentilium poetæ generatosq; ex parẽtibus, quorum alter Deus esset, alter homo, vt Herculem, Dionysiũ, Aesculapium, Aeneam, Romulum, non Deos simpliciter, nec homines, sed Semideos, & Semihomines nuncuparunt. Quamquam isti re

uera

vera homines fuerunt, tota enim eorum substantia erat hominis, Sed quantum ad fabulosam originem generationis, & fictam parentũ conditionem semidei nominabantur. neque ex cõcubitu Dæmonis cum muliere generata sunt monstra illa, quæ stulta gentilitas Syluanos, faunos, & Satyros nominauit, & coluit, in quibus ferinum aliquid, & aliquid humanum non nihil etiam diuinum esse dicebatur. hæc enim, & alia quædam horum similia, Dæmonum fuisse figmenta, & ludibria, aut enim nuda tantum fuerunt rerum, quę cernebantur simulacra, & inania spectra, aut monstruosa fuere animalia, visuque insolita, per quæ Dæmon humanum sermonem, sensumque mentiebatur, & humanam aut etiam plusquàm humanam vim, atque sapientiam ostentabat.



Vtrum

Vtrum ſit plus momenti in conceptu, aut in ortu hominis ad diuinandum. Cap. X.

PLus eſſe ponderis, aut certè non minus in conceptu hominis, quam in ortu, magiſter iſtorum Ptolomæus locuples teſtis eſt. Is enim in tertio Apotelesmatũ ita ſcribit. Cum principium temporale hominis aliquid ſtatuatur, natura quidem, & per ſe illud erit principium, cum ſemen vtero genitali admittitur, potentia verò, & ſecundum accidens, cum hora partus infans egreditur; qui igitur horam admiſsi ſeminis, vel caſu, vel obſeruatione deprehenderit, illam ſequi potius debet, in proprietatibus corporis, & animi dignoſcendis, conſiderando, quę ſint eò tempore ſtellarum configurationes: cum enim ſemel a principio semen ex ambientis aeris affectione, certa qualitate diſponitur, licet per conſequentis conformationis tempora varietur, quoniam, tamen propriam, cognatamque materiam naturaliter ſibi aſciſcit, magis etiam primæ ſuæ qualitatis diſpoſitioni aſsimilabitur. Hæc inibi Ptolemæus, quibus verbis non obſcurè, vt inquit Pererius, docet, primum naturale, atque efficaciſſimum hominis principium eſse ſeminis admiſsionem, hominiſque cõceptum, atque hoc

in

principio potissimè insistendum, & inhærendum esse ad prænoscendas hominum affectiones, & euentus, tam qui ad corpus, quam qui ad animam pertinent. Sed quia bene nouerat, Ptolemæus punctum illud temporis, vel admissi seminis, vel conceptus vix cognosci posse ab Astrologis, ne illorum iudicia, & diuinationes quas ipsi ducunt ex ortu hominis, infirmare videretur, mox subiecit: qui autem horam ignorant, principij seminalis, eos necesse est sequi principium natiuitatis. Haly nobilis Astrologus in eo libro, quem scripsit de electionibus, ingeniè fatetur, efficaciam decernendi fatum hominis esse in hora conceptionis, sed quia hæc nescitur ab Astrologis, propterea eos ad horam natiuitatis confugisse. Quin cum astrologi præmuntur argumento geminorum, quorum cum idem sit ortus, dispar tamen exitus est; respondere solent, diuersitatem euenturam, qui sunt in Geminis, ex diuersitate côceptus eorum else profectam. Sed Astrologorum dementia eò insania processit, vt etiam orbium, non hominum modo facta preficentur, hac arte posse prænosci, & prænuntiari. obseruata enim astrorum compositione, quæ fuit, cum vrbes conderentur, posse earum casus, euentusque omnes prospici, ac prænotari. fecit hoc in vrbe Roma rogatu, Varronis quidam, Tharutius mathematicus, vt in Vrbe Romulo tradit Plutarchus, quam Historiam lib. 2. de diuinat. his verbis

Cice-

Cicero enarrat. Quidam L. Tarutius firmanus amiliaris noster, in primis Chaldæis rationibus eruditus, Vrbis etiam nostræ natalem diẽ repetebat ab ijs Paralitibus, quibus eam a Romulo conditam accipimus, Romamque eum esset in Iugo luna natam esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat. o vim maximam erroris, etiam ne verbis natalis dies ad vim stellarum, & lunæ pertinebat, fac in puero referre, ex qua affectione cæli primum spiritnm duxerit num hoc in latere, aut incæmento, ex quibus vrbis effecta est, potuit valere. ita Cicero vera Astrologia est, quando multi diuinant singulari quadam, vt inquit pererins sagaci ingenij solertia, & multiplici humanarum rerum peritia, vsuque, & exquisita eorum hominum, quibus diuinatio fit negociorum, morum, studiorum, & ingeniorum obseruationes, atque notitia. Etenim quidam sunt, qui perspectis, quorundam hominum temperamẽtis, & affectionibus corporum, studijs item, exercitationibus institutis, familiaribus, denique virtutibus, aut vitiis, multa euentura eis prouident ipsiquæ, magna asseruatione, & auctoritate. prænunciant, ac plerumqnẽ diuinant. Ad hoc genus diuinationum pertinet, si quis. Principem ryrrannice tractantem ciues crudeli Dominatu præmentem, a suis eum occisum iri prædixerit hominemque frequentissimum in furtis, & rapinis suspendio periturum, religionis contemptorem, falsæque Do

ctrinæ proseminatorem, contra veritatem fidei, & Ecclesiæ Catholicę auctoritatem ignis supplicio mulctatum ire. Hoc genere diuinationis vsus est Annibal, qui perspecta imperitia, atque remeritate Terentij Verronis, & C. flaminij, Romanorum Coss. & Imperatorum Afris victoriam, Romanis insignem cladem valde fidenter, & asseueranter prædixit, eamque prædictionem mox certaminis exitus, plurimis Romanorum militibus interfectis comprobauit. Aliquando etiam Astrologorum diuinatio vera existit, obstultam consulentium credulitatem; multi namque facillime credunt, quæ dicuntur ipsis, de rebus, quas vel maxime optant, vel timent vehementer, atque perhorrescunt. Solet enim eiusmodi credulitas instillare animis cousulentium magnam spẽ rei bonæ, à diuinis promissa, vel ingentem metum inijcere tristium, & acerborum casuum, calamitatisque ab illis prænuntiaræ. Hi autẽ duo affectus animi, cum potentissimi sint ad efficiendum, & commouendum hominem, crebro efficiunt, vel certe multum proficiunt vt humana negocia ad prædictos fines perducantur. Etenim vehemens quædam spes, ardensque desiderium excitant, atque incitant homines, vt ad bona ipsis promissa, sedulo se comparent, & omnibus suis opibus viribus contendant; quo fit, vt ob eam rem, plerumque, quo intendunt, optatum suorum, & alieno-

rum

rum promissorum compotes facti perueniāt. exaduerso autem metus, pauor, horrorque prædictorum malorum, atque calamitatum, sæpe faciunt homines cunctanter, ac dubitanter, aggredi negocia timide, ac negligenter persequi, & quocunque obiecto impedimento, turpiter, & infeliciter deserere eaque ratione in prenunciata ipsis mala delabi. luculenta ciuis rei exempla reperimus iu Romano exercitu, cui [vt scribit Liuius] cum auguria & auspicia secreto inspectu, infaustum belli exitum minarentur auspices, & duces, ne militum in arma euentem funesto nuncio consternarēt versis in contrariam partem auspicijs, omnia fausta, & triumphalia portendi, & a dijs promitti mentiti sunt. quo mendacio vtiliter depti, milites alacriter prælium inierunt fortiter pugnarunt, & hostes, quos auguria victores fore permonstrabant, feliciter vicerunt. Contra vero, cum Nicias dux classis Atheniensium incognita sibi lunæ defectione portendi ratus classis naufragium, si ea nocte portum egrederetur, cum stulto metu occupatus oppressusque dicessum differt, e Siracusanis, cum tota classe captus est.

IL FINE.

Ego Don Horatius Morandius Vallisumbrosæ Monachus, de mandato Ad M. Illustriss. ac Reu. Domini D. Vicarij Florentini, hoc præsens opus de Curiosa Doctrina Petri Andreæ Canonherij Teologiæ, & Artium Doctoris perlegi diligenter, ac curiose examinaui, & nil in illo contra fidem, vel aduersus, bonos mores reperi, sed illud multiplici, varia, ac inculpata doctrina confertum animaduerti. Et in fidem manu propria subscripsi.

In monasterio Sanctæ Trinitatis de Florentia Pridie Idus Nouembris. 1607

Ego Don Horatius qui supra manu propriæ.

Imprimat. Floren.

Horatius Quaratesius Vic. Flor. subst.

Fra Lelius Plac. Inq. Flor.

Petrus Cabal. pro Ser. Magno Duce Etrur. Aud. Fiscalis

INDEX.

LIBRI PRIMI.

Li-

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Hæc pauca correctá libuit adnotare, vt intelligeres librum hunc iis, quibus ex mea imperia, Au torisque absentia laborat mendis, posse a te interlegendum facile expurgari, Vale.

LAVS DEO

Errata sic corrige.

Pag, 5. vers. 4. & ignomina eos. & igoominia eos. ibid. 7. sibillant. sibilant. ibid. 21. volens libenter, ea, vult libenter, quæ ibid. 25. teneatur, teneturr. p. 9. u. 13. in oratione paraetietica. in oratione parænetica. p. 11. v. 21. difficilinm est. difficillimum est. p. 16. v. 14 & quoniam furore. & quouam furore. ibid. v. 16. tamē pertulisse, ac pertulisse. p. 20. v. 11. Incaste: Hinc est. p. 21. v. 19. inanis gloriæ capaces. sed inuidi, ac superbi p. 60. u. 30. necesse fuit. necesse fuerit. p. 64. v. 19. Alcidus. Accidus. p. 65. v. 7. minus tamen quam acerbus. minus tamen quam in acerbo.

LAVS DEO.